venturum, vendendi et exponendi, cui placet. Si defectus fuerit in molendino, hunc defectum supplebit Thidericus supradictus.

*426. Thideke de Ruya statuit Martino de Wokenstede medietatem sui ortonis cum omnibus attinenciis pro 100 m. usque in f. pasche pro pignore prosequuto. Pro defectu idem Thidericus respondebit et satisfaciet.

*427.[a]) Gerhardus Otterbeke statuit Gerhardo de A medietatem sue hereditatis in pl. S. Spiritus pro 100 m. usque Michahelis nunc venturo pro pignore prosequuto. Scriptum Martini. Idem Gerhardus statuit Woltero Perlement aliam medietatem eiusdem hereditatis pro 100 m. et 12 m. usque Martini.

A. D. 1318 circa Nativitatem Domini. [*f. 26 b*

428. Hinricus Voghedehaghen statuit Godekino Thechelin hereditatem suam iuxta domum magistri Peregrini pro 18 m.

*429. Albertus Elewer statuit Reymaro, marito uxoris Pigwis Bernardi, medietatem totius ortonis sui iuxta Fratres Maiores pro 84 usque Martini nunc venturi.

430. Domina Greta, relicta Gerhardi Stubbendorp iunioris, conputavit cum pueris suis et provisoribus eius taliter, quod domina mansit pueris obligata 100 m. et 18 m. et pueri optinent 2 partes hereditatis et domina tertiam partem, et ipsa domina recepit ad se omnia debita et indebita et ipsa domina statuit pueris suis predictam tertiam partem hereditatis pro memoratis 100 et 18 m.; de quibus tenebit pueros et meliorabit hereditates et manebit potens super omnia bona.

431. Thydeman Godland cerdo statuit filie sue Metten medietatem hereditatis sue in pl. Franconum pro 60 m. ex parte patrimonii tali[b]) condicione: si medietas huius hereditatis tantum non valet, tunc tota hereditas stabit pro predicta summa.

*432. Inter Henekinum de Rostok et uxorem eius Elizabeth taliter placitatum est, quod ipsa Elizabeth sibi conplanata est super omnia bona, que mater sua et ipse simul habent. Sed quam diu mater sua vixerit, ipsa manebit potens bonorum eorundem. Si autem Hennekinus morte preventus fuerit absque herede, tunc Elizabeth meliorabitur de bonis Hennekini in 300 m. Si autem morietur herede aliquo supervivente, tunc talis heres et mater optinebunt omnia bona sicut pater. Hec placitata et facta sunt cum voluntate et consensu matris sue, domine Ghertrudis de Rostok, et sui suageris domini Alberti Rockut, Bertoldi de Soltwede[l] et Bertoldi de Demin et ipsius Hennekini.

*433. Gerhardus Cedewer statuit pueris Hinrici de Cyppeken quartale hereditatis sue, in qua moratur, pro 53 m., de quibus tenebit unum de hiis pueris vel faciet pro eis, sicut est ius civitatis.

*434. Mechtildis, relicta Reynekini in Blidenstraten, statuit Alberto Rockut suam hereditatem in Blidenstrate pro 42 m. usque ad f. pentecostes pro pignore prosequuto.

435. Uxor Albi Marquardi statuit Hermanno Sculowe suam hereditatem in Longa platea pro 72 m. usque Michahelis. Pro defectu ipsa domina respondebit.

---

a) *vorher der unbeendete Eingang:* Gerhardus de A. s.... b) *von* tali *an durchstrichen.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

436. Lambertus de Bremis statuit civitati suam hereditatem iuxta Hin[ricum] de Dalevitze in pl. S. Spiritus pro 25 m. a carnisprivio nunc venturo usque ad annum. Scriptum feria IV ante carnisprivium (1319 *Febr. 14.*).

*437. Hinceke Longus et Thydeke fratres statuerunt Godekino Svep suam hereditatem, que pertinebat Thideriko Wokerer, pro 30 m. a f. pasche nunc venturo ad annum.

*438. Hermannus Gosler et filius suus Hermannus statuerunt puero Willekini Vetterogghen dimidiam hereditatem suam[a]) pro 60 m. usque in carnisprivium nunc venturum ad unum annum.

439. Bertoldus Thonaghel statuit Hinrico de Zemelowe suam mediam hereditatem in pl. Penesticorum pro 24 m. usque Martini.

*440. Nycolaus Rodehose iunior statuit pueris Johannis de Mechele mediam bodam lapideam ante valvam Zemelowe cum suis attinenciis pro 150 m.

*441. Hinricus de Nette et sua uxor statuerunt Godekino de Wickede mediam lapideam domum suam in pl. Zemelowe pro 100 m.

A. D. 1319 circa carnisprivium (*Febr. 20.*). [*f. 27 a*

*442. Petrus Schild statuit Benekino Bochaghen suam mediam hereditatem iuxta Monachos in pl. Molendinorum pro 20 m. usque ad f. Michahelis nunc venturum.

*443. Hinricus *Vos bodeker* statuit Conrado . . . [b])

*444. Petrus Wicberni statuit Gerwino de Zemelowe iuniori in ortone suo ante valvam Bodorum pro 200 m. redditus 20 m. a f. pasche nunc venturo per 10 annos sublevandos, tali condicione, quod, si ei necesse fuerit, poterit eos vendere, donare et exponere pro eisdem 200 m., quibus placet. Red. suos tollere debet in 4 temporibus anni eosque expignorare poterit de predicto ortone. Si vero red. memorati peiorantur, pro defectu satisfaciet prefatus Petrus.

*445. Hinceke Papenhaghen statuit filie sue speciali, nomine Alheydis, 2 partes suarum budarum ante Bodendor pro 150 m. Item Gerhardus Leo statuit eidem puero 2 budas suas de 4 budis suis situatas inter S. Jacobum et Longam plateam pro 50 m. Pro defectu Gerhardus Leo respondebit.

*446. Johannes Papenhaghen Pigwis dedit filio suo Hermanno talem gratiam, quod post mortem ipsius Johannis debet equaliter participare puerilem partem cum illis pueris, quos habet de ista domina, que nunc vivit et hoc dedit sibi pro hereditate materna videlicet cum pueris, qui adhuc sunt in domo sive were.

*447. Uxor domini Jo[hannis] Wolttorp et eius filii statuerunt Bertoldo Albo budam suam in Gherwenshaghen pro 14½ m. et 1 solido.

*o 448[c]). Hinricus[d]) Voghedehaghen statuit Conrado, filio sororis Wolteri Teghelyn, budam suam iuxta domum magistri Peregrini pro 17½ m.

*449. Dominus Johannes Cranz statuit genero suo Jo[hanni] Sachtelevent pro 500 m. red. 50 m. in hereditate sua in Zemelowestrate pro dote ex parte uxoris sue. Cum autem sibi dederint 500 m., tunc hii red. sunt soluti, et quotiens sibi dederit 100 m., tociens red. 10 m. soluti erunt. Nunc in f. Johannis tollet

---

a) d. h. s. *übergeschrieben.* b) *die Eintragung ist verwischt und nicht beendet.* c) *übergewischt und radiert.* d) *Vorher getilgt* Dominus Johannes de Meppen.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

primos red. et sic 200 [a] termino ad terminum. Scriptum a. D. 1319 feria IV post Letare (*März 21.*).

450. Gherwinus de Storkowe statuit pueris Ludekini de Haren medietatem tocius ortonis Reyneri Man ante Knepesdor[a]) ex parte pueri sororis sue pro 100 m.

*451. Johannes de Stargarde statuit Martino Calsowen ventimolum suum situatum in Knepesdam, quod propius est S. Georrio, pro 70 m. usque Michahelis nunc venturum. Pro defectu ipse Johannes et frater suus Hinricus satisfacere tenebuntur.

*452. Reynerus de Thevin statuit Johanni Plotzen medietatem hereditatis, quam antiqua Creyenbissesche inmorabatur, cum medietate lapidee domus pro 70 m. a f. pasche nunc elapso ad 2 annos.

*453. Sciendum, quod si Jo[hannes] Plotze vendiderit domum suam, quam inhabitat in pl. Fabrorum, tunc aqueductus, qui nunc penetrat domum Reyneri de Thevin, debet obstrui ita, quod aqua illius domus[b]) non pertranseat domum Reynekini.[c])

A. d. 1319 post f. pasche. [*f. 27 b*

454. Johannes de Riga statuit Johanni Sachtelevent medietatem domus ortonis in pl. S. Spiritus iuxta ortonem Hermanni Ossenreg pro 55 m.

*455. Johannes Stenhus statuit domino Thyderico de Alen suam hereditatem in pl. S. Spiritus pro 100 m.

*456. Dominus Johannes de Gnoyen statuit domine Ermegardi, relicte filii sui Johannis, et eius filio suam lapideam domum in Zemelowestraten pro 300 m. taliter, quod dominus Jo[hannes] predictus maneat potens sue hereditatis eo vivente[d]). Sed ipso mortuo predicte domine et eius filio de ipsa hereditate 300 m. presententur sine inpedimento.

*457. Johannes Wenthusen statuit Frederico de Holme hereditatem suam in pl. S. Spiritus iuxta Stenhus pro 100 m. usque in f. s. Johannis Baptiste pro pignore exequuto. Si Fredericus predictus tunc temporis in Sundis non fuerit, tunc, quicquid Gerhardus Leo et Hin[ricus] Lepelowe in hac parte fecerint et dimiserint, hoc Fredericus ratum observabit.

458. Willekinus, filius Nicolai de Kylis, statuit Hennekino Rustowen lapideam budam suam in arta platea, que quondam pertinebat Willekino de Tribbeses, que magis prope est platee S. Spiritus, pro 36 m. usque Michahelis nunc venturo.

*459. Thydericus de Ruya pistor statuit Gerhardo Ossenreg medietatem sui ortonis pro 100 m. usque Martini.[e])

*460. Henneke dictus Man et frater suus Reyneke statuerunt Hinrico Stenhus in ortone eorum ante Knepesdor red. 4 m. pro 40 m. ad 4 annos. Scriptum infra octavam Asscencionis domini (*Mai 17—24.*).

*461. Johannes Vulveshaghen statuit Petro fratre suo . . .[f])

*462. Henneke Plunkowe statuit Petro, fratre Jo[hannis] Vulveshaghe, medietatem hereditatis sue, quam emit a Jo[hanne] Vulveshaghen in Longa platea situata pro 40 m.

---

a) *Hds.:* Knepesdorp. b) *vor* illius *steht durchstrichen:* Johannis Plotzen non pertranseat. c) *Es folgen 2 Zeilen Rasur.* d) eo vivente *übergeschrieben.* e) *Vor* Martini *durchstrichen:* Michahelis. f) *abgebrochen.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*463. Uxor Ludekini de Hermelen et eius pueri statuerunt Hermanno Sculowen medietatem sue hereditatis in pl. Zemelowen pro 100 m. et 44 m. usque ad f. Martini nunc venturum. Pro defectu et pro warendacione Thideman de Wiberghe et Jacobus de Cippeken respondebunt.

*464. Hermannus de Bughe statuit pueris uxori[s] Echardi de Bughe mediam hereditatem suam in pl. Piscatorum[a]) pro 30 m. usque ad f. pasche.

465. Nycolaus Beggherowe statuit Hinrico de Vehoeve suam hereditatem in pl. Monachorum pro 100 m. et 15 m. a f. Michaelis nunc venturo ad 2 annos. Pro defectu idem Nicolaus respondebit.

466. Johannes Grope statuit pueris Gerhardi Lof mediam hereditatem suam in Longa platea et domina Ghese relicta Luchtenmeker statuit eisdem pueris mediam hereditatem ipsius iuxta domum Baghinarum apud Maiores Fratres. Has duas medias hereditates statuerunt eisdem pro 50 m. usque ad f. pasche nunc venturum. Pro uxore Hin[rici] de Branteshaghen pro defectu promisit eadem domina cum eius 2 filiis et cum predicto Gropen.

*467. Thidemannus Borsin statuit suam mediam hereditatem versus Ossenrege pueris iam dicti Gerhardi Lof pro 100 m. usque ad f. Johannis Baptiste. Pro defectu ipse Thi[dericus] respondebit. Scriptum a. D. 1319 sequenti die Johannis Baptiste (*Juni 25.*).

A. D. 1319 circa Johannis Bapiste. [*f. 28a*

*468. Hinricus de Jacoppestorpe statuit filio suo Hinrico quartam partem sue hereditatis in pl. Francorum pro hereditate sue matris.

469. Hinricus Pernowe statuit Hin[rico] Croneviczen quartam partem sue stenbuden pro 9 m. minus 4 solidis usque in f. Johannis Baptiste pro pignore exsequuto.

470. Johannes Hovener pistor statuit Jo[hanni] de Beke suas 3 budas retro domum suam in Papenstrate et usque in f. pentecostes pro 48 m.; si tunc non redimerit, tunc sue perpetue manebunt tamquam legitima emptio.

471. Hereditas Godekini Divitis in pl. S. Spiritus, que pertinebat quondam Perlemette, que stabat pueris Westvali pro 60 m., est soluta et quita.

*472. Thydemannus de Godlandia statuit Johanni de Beke mediam hereditatem suam in pl. Franconum pro 48 m. usque in f. pentecostes. Quam si tunc non redimerit, manebit ipsius Johannis de Beke empta empcio.

*473. Conradus de Rode et mater sua statuerunt Johanni de Lubek de Gripiswaldis suam hereditatem, in qua morantur, pro 100 m. usque Martini. Si tunc non redimerint, vendere potest, cui placet, et recipere suam pecuniam de ipsa.

474. Thideman Gherdener statuit Martino de Wokenstede bodam suam ante Spittalesdor pro $16^1/_2$ m. usque Nicolai pro pignore exsequuto.

*475. Conradus Went statuit Hennekino Freden mediam hereditatem domini Gerhardi Stubbendorp pro 150 m. a f. Michahelis ad 2 annos, de quibus dabit anno quolibet 15 m. reddituum racione.

*476. Consules Sundenses statuerunt pueris Thecen hereditatem civitatis in pl. S. Spiritus pro 100 m. a f. Johannis Baptiste nunc elapso ad 2 annos, in

a) Piscatorum *durchstrichen:* Clericorum *übergeschrieben.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qua habebunt pueri quolibet anno red. 10 m. Si hos red. in hereditate habere non poterunt, tunc solvi debent de prima collecta.

477. Jacobus Petri statuit pueris Thecen quartale hereditatis sue in pl. Zemelowen pro 100 m. a f. Johannis Baptiste nunc elapso ad 2 annos, de quibus quolibet anno dabit red. 10 m.

*478. Thidericus de Dorpen statuit Hennekino Freden mediam hereditatem suam in pl. Zemelowe pro 100 m. a f. Michahelis per integrum annum, de quibus dabit 10 m. reddituum racione. Scriptum in vigilia Michahelis *(Sept. 28.)*.

*479. Johannes Sump pistor statuit Conrado Pedi hereditatem suam in ortone iuxta Fratres Predicatores cum curia et stabulo pro 100 m. et 20 m. usque in Carnisprivium pro pignore exsequuto.

*480. Albus Bernardus sartor statuit Arnoldo Langervelt et Gerhardo suo fratri hereditatem suam iuxta Novum Theatrum pro 100 et 20 m. usque ad f. pasce pro pignore ex[se]quuto. Scriptum sabbato ante 11000 Virginum *(Oct. 20.)*.

481. Domina Gysle, relicta Johannis Westvali, habet in 2 novis budis prope ecclesiam S. Spiritus quolibet anno ad tempora vite sue red. 18 m., que bude non vendantur nec exponantur, nisi ipsa habeat expedite red. memoratos.

*482. Everhardus Vrolingus et mater et frater suus statuerunt pueris Nicolai Dumen[a]) hereditatem suam in Longa platea pro 70 m.

A. D. 1319 circa Martini. *[f. 28b*

*483. Detmarus Pockensik statuit Marquardo, filio Marquardi Pockensik, mediam hereditatem in pl. Tribbeses in ortone, que pertinebat domino Jordano de Perun in ortone, pro 20 m.

*484. Conradus de Rode statuit Hinrico Quatze duas partes hereditatis sue[b]) in pl. Monachorum.

*485. Conradus de Rode statuit Hinrico Quatze 2 partes hereditatis sue in pl. Monachorum pro 40 m. usque Martini pro pignore exsequuto.

*486. Henneke Vullenpunt statuit pueris Hinrici de Stargarde mediam curiam suam in Kedinghehagen pro 60[c]) m. usque Michahelis. Scriptum sabbato post Martini *(Nov. 17.)*.

*487. Conradus de Rode et mater sua statuerunt Alberto Rockut parvam domum iuxta domum, quam inhabitant, cum via, per quam ingreditur in curiam, et aliam domum ab alia parte vie pro 100 m. usque in f. pasce pro pignore exequuto. Scriptum sequenti die Andree *(Dez. 1.)* et Conradus supplebit defectum.

*488. Conradus Brabant et mater sua et frater suus[d]) et filius materteris sue statuerunt 3 partes hereditatis sue in pl. S. Spiritus advocato et domino Hin[rico] de Zemelowe et Jo[hanni] Goldoghen et Johanni Papenhagen pro 150 m. usque in f. pasce pro pignore exsequuto. Pro defectu promiserunt Stenhus et Cristianus Cultellifex. Scriptum Lucie virginis *(Dez. 13.)*.

*489. Uxor Roberti de Minden statuit Ydeken, filie sororis Gerhardi Samer, hereditatem suam in Pumperstrate pro 30 m.

---

a) Dulmen? b) *verbessert aus* mediam hereditatem suam. c) *die Zahl ist radiert; urspr.* 66 *oder* 71. d) et fr. suus *übergeschrieben.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*490. Godfridus de Lothen statuit domino Johanni de Kylis militi hereditatem suam in pl. Piscatorum pro 22 m. usque Martini. Scriptum Lucie virginis *(Dez. 13.)*.

*491. Domina Ghese de Helmeste[de] statuit mediam hereditatem suam in pl. Piscatorum Hinrico de Vehove pro 24 m. usque Michahelis pro pignore exsequuto.

*492. Gerhardus Otterbeke et uxor sua statuerunt Jo[hanni] Sachtelevent hereditatem in pl. Franconum iuxta Rockut, que pertinebat Nicolao de Norweya, pro 150 m. et 3 m. usque Michahelis nunc venturum. Si tunc non rediment, tunc ipsius Johannis legitima empcio permanebit. Scriptum sequenti die Thome apostoli *(Dez. 22.)*.

*493. Ludeke Landman statuit Meynardo de Raceborch quartam partem ortonis Pigwis Bernardi pro 40 m. usque Martini pro pignore exsequuto.

*494. Johannes Nycop statuit Gerhardo Leoni ortonem suum iuxta Novum Forum, qui pertinebat Zemelowen, pro 100 m. usque Michahelis. Si tunc non redimerit, tunc ipsius Gerhardi empta empcio permanebit.

*495. Bernardus Creye statuit Petro Baren doleatori ortonem suum in pl. S. Spiritus pro 100 m., quousque redimere possit. Initium huius fuit Nativitas Domini sub a. D. 1320.

A. D. 1320 circa Carnisprivium (*Febr. 13.*). [*f. 29 a*

*496. Relicta Ludekini de Hermelen et eius pueri statuerunt Martino Calsowen eorum hereditatem in pl. Semelowe pro 200 et 24 m. usque Michahelis[a]) nunc venturo. Pro defectu stabit ipsa domina cum Jacobo de Cyppeken, eius fratre.

497. Henneke Stubbendorp statuit Nicolao Manduvel[b]) suam hereditatem in pl. Clericorum pro 41 m. usque ad f. pasche sub a. D. 1321. Si tunc non redimerit, tunc manebit eorum empta emptio.

498. Hincekinus Eselsvoyt statuit domui S. Spiritus in Lubek inferiorem domum suam lapideam in Longa platea pro 150 m. usque ad f. pasce sub a. D. 1321. Scriptum in Purificacione Marie (*Febr. 2.*).

499. Johannes Hovener statuit Godekino de Wickede medium ortonem suum in Papenstrate pro 36 m.

*500. Uxor Hermanni Levendeghen et eius pueri et provisores statuerunt domino Bertrammo Travenemunde eorum hereditatem iuxta Novum Forum pro 39 m., quousque redimere possit.

*501. Conradus de Rodis statuit Symoni de Cyppeken suum orreum, quod vocatur schune, cum curia[c]) pro $54^1/_2$ m. usque Michahelis. Si tunc non redimerit, tunc Symonis empta empcio permanebit.

*502.[d]) Hermannus Doringus[e]) statuit Petro, filio Calvi Petri, mediam hereditatem sive pistrinam iuxta S. Jacobum pro 34 m. usque 2 ebdomadas post Michahelis. Si tunc non redimerit, tunc ipsius Petri empta empcio permanebit.

---

a) Michahelis *durchstrichen und* in pascha *übergeschrieben.* b) N. M. *durchstr.,* Calvo Petro *übergeschrieben.* c) cum curia *übergeschrieben.* d) *Vorher der durchstrichene Eingang:* Petrus filius Calvi Petri. e) Doringus *übergeschrieben über dem durchstrichenen:* Gosler.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

503. Herderus de Perun et gener suus statuerunt Hermanno Travenemunde dimidiam hereditatem iuxta Godeken Mulart pro 44 m. usque Michahelis. Scriptum feria V ante Invocavit (*Febr. 13.*).

*504. Leo, filius domini Theoderici Wicberni, statuit Gerhardo Papenhaghen et sue uxori et eius pueris 2 budas ante valvam Bodorum versus ad pl. Zemelowen, in quibus quolibet anno invenire debet red. 15 m. Si defectus horum red. fuerit in hiis bůdis, illum supplebit Leo iam notatus; et quociens Leo dederit Gerhardo vel suis pueris aut uxori 10 m., tociens red. 1 m. erunt solute; et hos red. predictus Gerhardus non debet exponere aut vendere ullo modo vel donare, nisi uxore et pueris eius mortuis et defunctis. Si quid autem ipsi Gerhardo aut sue uxori aut pueris per mortem alicuius cedere poterit, in quo Gerhardus non est neglectus.

o505. Willeke ortulanus statuit Hermanno de *Satte*[a]) suam hereditatem pro 13 m.

506. Conradus de Rode statuit Martino Calsowe pro 24 m. 6 iugera agri usque Michahelis a f. Michahelis nunc venturo transactis 3 annis, quorum 2 iacent apud molendinum Kuckuc et 4[b]) iacent iuxta viam versus Ludershaghen. Scriptum dominica Oculi (*März 2.*).

A. D. 1320 feria V ante Oculi Mei (*Febr. 28.*). [*f. 29 b*

507. Conradus de Rode vendidit domino Sculowen 5 iugera agri, quorum unum pertinet ad hereditatem, que nunc est domini nostri, principis Ruyanorum, et iacet in campo Bukowe et 4[c]) iacent in campo Kedinhagen iuxta Hunderhagen et iacebant quondam ad curiam Conradi. Decimam solvet Conradus de ipsis; hec 5[d]) iugera vendidit sibi pro 23 m. Si Conradus non reemerit ista predicta in f. Martini ad annum, tunc perpetua empcio permanebit. Scriptum a. D. 1320 feria V ante Oculi.

*508. Johannes Papenhagen Pigwis statuit pueris Hermanni Papenhagen mediam hereditatem suam, quam habitat, pro 100 m.

*509. Gerhardus Cedewer statuit suo genero Dytmaro Sachtelevent mediam lapideam domum suam, quam inhabitat, pro 200 m. et 6 m. Defectum supplebit sibi idem Cedewer vel sui heredes.

510. Lutmod, relicta Albi Marquardi pellificis, statuit filie eius Ludmodi turrim eius et hortum pro 30 m. a f. pasche nunc venturo ad 2 [annos]. Si tunc non redimerit, tunc filia vendere poterit et recipere inde suam pecuniam prenotatam. Scriptum a. D. 1320 feria V ante Judica (*März 13.*).

511. Domina Lutmodis, relicta Albi Marquardi, et eius filia Lutmodis vendiderunt Hermanno Sculowen hereditatem suam in Longa platea penetrantem usque in Pumperstraten cum hereditate sua in eadem platea stante pro 72 m., quas hereditates reemere possunt pro eadem pecunia in f. Michahelis nunc venturo. Quod si non fecerint, extunc ipsius Hermanni Sculowen empta empcio permanebit. Scriptum a. D. 1320 feria V ante Judica.

---

a) Fatte? b) *radiert zu* 3. c) *von* 4 *bis* Conradi *durchstrichen.* d) 5 *über dem durchstrichenen* 4.

512. Hille, relicta Thecen, cum consensu patris eius Borchardi statuit Martino de Wokenstede terciam partem eius, quam habuit in hereditate mariti eius, pro 30[a]) m. usque Martini. Scriptum a. D. 1320 feria V ante Iudica.

*513. Johannes de Stargarde statuit Johanni de Haren suum ventimolum in Knepesdam, quod propius est S. Georio, pro 70 m. usque in f. pasche. Scriptum feria V ante Judica.

*514. Everhardus Hůp statuit Gerhardo Leoni pro 300 m. minus 40 m. 3 mansos suos in Citterpenninghehagen, que Bertoldo Citterpenninghe pertinebant, cum omni utilitate et fructu usque in f. Nativitatis Domini nunc venturum et cum hoc red. 8 m. in eadem villa in curia Struven. Si vero hos mansos prius redimerit, tunc tamen mansos ultra usque Michahelis optinebit. Si autem non redimerit, tunc ipsius Gerhardi empcio manebit, sicut fuit empcio Everhardi prenotati.

*515. Elizabeth, relicta Gransin, statuit Thiderico Calsowen quartam partem parve[b]) domus eius in Papenstrate cum uno iugere agri pro 10 m.

*516. Arnoldus Smalecruch statuit Hinrico de Vreden mediam hereditatem suam, que pertinebat Gerhardo de Haghene, pro 30 m. usque Jacobi. Si tunc non redimerit, tunc ipsius Hin[rici] empta empcio permanebit.

A. D. 1320 Quasimodogeniti (*April 6.*). [*f. 30a*

*517. Notandum, quod 2 partes domus angularis et budarum Nicolai de Defholte[c]) pertinent pueris eiusdem Nicolai de Defholte[c]). Quas 2 partes iam dicti pueri statuerunt Sophie, filie Hennekini Woltdorp, pro 60 m. usque in f. pasche nunc venturum.

*518. Hinricus de Nette emit medietatem superiorem domus Hinrici Ludershagen pro 150 m., de quibus dabit puero Ludershagen singulis annis red. 12 m., quousque puer perveniat ad annos discrecionis, et tunc dabit puero pecuniam prenotatam, pro quibus sibi statuit hereditatem prenotatam.

*519. Henneke Olderogghe statuit Hermanno Sculowen budam suam iuxta Jacobum de Crispin pro 19 m. minus 3 solidis usque Michahelis finaliter redimendum.

*520. Cristianus de Brema emit hereditatem Herderi de Perun versus dominam Hillen de Rodis iuxta hereditatem, que Jo[hanni] Bleken pertinebat, et est ei legitime resignata.

*521. Johannes Holsatus statuit Hermanno Travenemunde suam hereditatem cum bodis in pl. Tribesees retro ipsum pro 40 m. usque Michahelis pro pignore exsequuto.

*522. Filia Thiderici Gherdener statuit Thiderico, filio Bertoldi Albi, hereditatem eius in Blidenstrate pro 32 m. usque Michahelis.

*523. Hinricus de Meppen statuit Jo[hanni] de Beke mediam hereditatem suam in Bodenstrate pro 100 m. a f. pasche nunc venturo per unum annum; si tunc non redimerit, tunc empta empcio ipsius permanebit.

---

a) 30 *durchstrichen u.* 11 *übergeschrieben.* b) parve *übergeschrieben.* c) D. *durchstrichen;* Longi *übergeschrieben.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*524. Glavie statuit Jo[hanni] de Stenweghe mediam hereditatem suam in pl. S. Spiritus pro 84 m. usque in crastinum Nativitatis Cristi nunc venturum; si tunc non redimerit, tunc empta empcio ipsius Johannis permanebit.

*525. Thydeke Papenhaghen statuit Bertoldo Cegheder mediam hereditatem suam versus novum theatrum[a]) pro 100 et 36 m. usque ad 2 ebdomadas post f. s. Johannis Baptiste nunc venturum pro pignore exsequuto.

*526. Leo, filius Thiderici Wicberni, statuit Johanni de Stenweghe hereditatem suam in Bodenstrate, quam Timmo Pistor inhabitaverat, pro 100 m. a f. pentecostes per 2 annos, in qua per hos 2 annos inmorari debet pro redditibus. Quam hereditatem Leo redimere poterit infra hos 2 annos, cum placuerit; cum autem voluerit redimere, hoc ipsi Johanni unum quartale ante redempcionen indicabit. Scriptum a. D. 1320 ante Assencionem Domini (*Mai 8.*).

A. D. 1320 Viti et Modesti (*Juni 15.*). [*f. 30 b*

527. Thideman Godiar statuit Jo[hanni] de Stenweghe mediam hereditatem suam in Vrankenstrate pro 40 m. a f. pentecostes nunc elapso per 2 annos. Si tunc non redimerit, empcio legitima permanebit.

*528. Johannes Borsin statuit Hinrico de Ost mediam hereditatem suam in Pumperstraten pro 30 m., de quibus nunc in f. Michahelis dabit sibi red. 3 m. Scriptum a. D. 1320 in die Remigii (*Oct. 1.*).

o529 . . . . . . statuit hereditatem suam in Longa platea . . . . .[b])

*530. Lodewicus de Grimme emit hereditatem Jo[hannis] Nicop videlicet ortonem iuxta Novum Forum et est ei resignatus.

*531. Lodewicus, gener Willekini institoris, habet in 2 bodis in novo theatro in ortone, cum itur de ecclesia ad dexteram manum, 16 m. reditus pro 150 m. et 10 m., quas bodas habebit de uno fine ad alium.

* Hos redditus[c]) idem Lodewicus cum 4 m. red. in boda Hachedorn statuit Arnoldo de Oldense pro 200 m. d. . Hos red. idem Lodewicus redimere potest, cum potest. Actum a. D. 1326 post Michahelis.

*532. Hermannus Doringus statuit Bertoldo de Grimmis hereditatem suam apud Novum Forum iuxta quendam nomine Aldest, que Besen pertinebat, pro 100 m. a f. Michahelis nunc proximo ad 3 annos ita, quod per hos 3 annos ipsam domum pro red. inhabitabit. Scriptum sabbato post Decollacionem Johannis Baptiste (*Aug. 30.*).

*533. Leo, filius domini Thiderici Wicberni, obligavit seu statuit suo genero Nicolao de Vellin totam aream suam sitam inter domum Petri Wicberni et domum Pistoris in pl. Bodorum cum omnibus suis attinenciis pro 84 m. usque in proximam diem Circumcisionis Domini, ita videlicet, si tunc non redimerit, ipse Nicolaus ipsam aream vendere et exponere poterit et facere cum ipsa, quicquid sibi visum fuerit expedire.

*534. Thidericus, rasor pannorum, emit hereditatem Mechtildis, relicte Willekini Beren, in pl. Zemelowen, et est ei legitime resignata. Sed ipsa domina et[d]) 3 filie ipsius domine, videlicet Gerborch, Mechtildis et Margareta de Stene dicte

---

[a]) theatrum *über dem durchstrichenen* consistorium. [b]) *unbeendet.* [c]) Hos red. *u. s. w. Nachtrag vom J. 1326.* [d]) ipsa domina et *übergeschr.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quelibet earum diebus vite earum in ipsa domo annuatim red. 2½ m. optinebunt; quociens autem una predictarum[a]) moritur, tociens Thiderico et suis heredibus 2½ m. red. erunt quite et solute.

*535. Roleke de Barth carnifex statuit Hermanno Sculowen suam hereditatem ante Kuderdor pro 100 et 30 m., quarum 50 m. solvet in f. pasce nunc proximo et residuam pecuniam solvet Michahelis. Pro defectu idem Roleke et Henneke Bruneswik coniuncta manu promiserunt.

A. D. 1320 circa Katherine (*Nov. 25.*). [*f. 31 a*

*536. Hermanus Pren statuit Hermanno Travenemunde hereditatem suam versus domum Beghinarum stantem pro 80 m. usque in crastinum Michahelis nunc venturum. Si tunc non redimerit, ipsius Hermanni empta empcio permanebit. Scripta feria VI ante Katherine sub a. D. 1320.

537. Johannes Wittenborch statuit relicte Ludekini Ghisonis quartam partem hereditatis sue retro S. Jacobum pro 30 m.

*538. Johannes Vullenpunt statuit seu obligavit pueris Hinrici de Stargarde curiam suam in Kedinghehagen pro 90 m., pro quibus ipsis pueris de vestibus et expensis providebit, quam diu dictam pecuniam sub se optinebit.

*539.[b]) Pueri Ulrici Kochen concesserunt Mauricio Ruffo medietatem bude inter valvam Zemelowe et valvam Bodorum, quam medietatem cum alia medietate Mauricius Ruffus statuit puero Hermanni Ruffi pro 80 m.

540. Hille Vlashoke obligavit seu statuit Johanni Longo de Attendorne medietatem lapidee domus sue, que ei pertinet, pro 100 m. a f. pasche nunc proximo per 4 annos, ita quod idem Jo[hannes] Longus per hos 4 annos ipsam hereditatem debeat inmorari pro redditibus predicte summe. Sed quolibet anno debet ipsi Hillen superaddere 2 m. Predictis autem 4 annis exspiratis sepedictus Jo[hannes] Longus poterit, si vult, in eadem domo quintum annum manere pro 12 m. Si Hille vendere voluerit medietatem domus supradicte, tunc Jo[hannes] Longus poterit eam pro tali pecunia, sicut solvere poterit, optinere. Scriptum a. D. 1320 in die Lucie virginis (*Dez. 13.*).

*541. Uxor Levendeghen statuit Echardo Vulveshaghen suam hereditatem iuxta Novum Forum pro 12 m.; de quibus dabit eidem Echardo quolibet anno in f. Michahelis red. 1 m., quousque solvat. Sed dominus Bertrammus Travenemunde prius tollat de ipsa hereditate 41 m. et post hec Echardus suas 12 m. sublevabit. Scriptum a. D. 1320 feria V [ante] Nativitatem domini[c]) (*Dez. 19.*).

*542. Bernardus Piliator statuit suam hereditatem iuxta preconem pro 22 m. pro prosecuto pignore usque Letare. Scriptum feria III ante Nativitatem Domini (*Dez. 23.*).

*543. Hermannus Doringus pistor statuit Thiderico Ronen doleatori[d]) suam hereditatem iuxta S. Jacobum pro 51 m. usque Jacobi pro pignore prosecuto. Scriptum feria III ante Nativitatis Domini.

544. Albertus Bruneswik carnifex statuit seu obligavit Hinrico Lencemanno suam hereditatem in Molenstraten pro 100 m. et 20 m. usque Martini tali

---

a) *nach* predictarum *folgt durchgestr.:* puellarum. b) *der Name* pueri U. K. *und die Zahl radiert.* c) *Zwischenraum von 2 Zeilen freigelassen; daselbst radiert:* Bernardus. d) *vor* dol. *durchstr.:* pistori.

condicione, si non redimerit ante crastinum diem Martini, tunc talis hereditas est et manebit legitima empcio Hinrici prenotati. Scriptum a. D. 1321 die sabbati post Epyphaniam Domini (*Jan. 11.*).

A. D. 1321 post octavam Epyphanie (*Jan. 13.*) scripta sunt, que [*f. 31b* sequuntur.

*545. Thideman Carnin statuit Bertoldo de Grimme medietatem sue hereditatis in pl. Franconum iuxta Hin[ricum] Stenhus pro 46 m. usque Martini. Si vero, quod absit, huic domui adveniret aliquod infortunium per incendium vel ruinam, tunc alia medietas satisfacere deberet cum predicta medietate. Scriptum in profesto Purificacionis Marie (*Febr. 1.*).

*546. Magister Paulus statuit sive obligavit Hinriko de Borken de Arhusen suam hereditatem in Longa platea pro Nicolao de Richenberch pro 80 m. denariorum dictorum erfgůd. Si tempore exscriptionis huius hereditatis Hinricus de Borken presens non fuerit, extunc ipsa hereditas ex iussu Bernardi de Vreden vel Johannis de Beke exscribatur.

547. Godscalcus Lindowe statuit Thiderico, filio filii Albi Bertoldi, duas bůdas[a]) in Pumperstraten situatas iuxta domum Lindowen pro 60[b]) usque ad f. pentecostes nunc venturum.

548. Hinricus de Zemelowe statuit seu obligavit Katherine, filie Gerhardi Lůf, suum integrum ortonem in pl. Preconis pro 100 m. usque ad f. Martini nunc venturum.

549. Gerhardus Papenhagen vendidit Conrado Papenhagen, suo fratri, hereditatem suam in pl. Molendinorum pro 35 m.; quam hereditatem Conradus edificabit et Gerhardus poterit eandem hereditatem reemere pro eadem pecunia et reddat Conrado totam pecuniam, quam edi[fi]cando consumpsit, et hoc faciet in f. pasce transacto uno anno a f. pasce nunc venturo; quod si non fecerit, tunc legitima empcio ipsius Conradi permanebit.

550. Hermannus Ruffus statuit Gerborgi, filie Hinrici Vorelant, mediam hereditatem in pl. Penesticorum, quam inhabitat, pro 30 m.

*551. Henneke Techelin obligavit Willekino de Sulta quartale sue lapidee hereditatis in pl. Bodorum pro 100 m. et 10 m. usque Michahelis nunc proximum. In alio quartali eiusdem domus habet Hille Struven singulis annis red. 15 m. temporibus sue vite.

552. Johannes Welingus statuit Jo[hanni] Tonaghel medietatem sue hereditatis ante antiquum Kuterdor pro 40 m. usque Michahelis pro pignore prosequuto; pro defectu idem Jo[hannes] Welingus satisfaciet Jo[hanni] Tonaghel supradicto.

*553. Conradus de Rode statuit sive obligavit Gerhardo de Elmehorst pro 80 m. domum suam iuxta Conradum de Dulmen[c]) cum spacio valve et budam iuxta valvam cum medietate muri domus sue, quam inhabitat, cum curiis ita quod retro optineant tantam latitudinem, quantam ante habent et cum omnibus suis attinenciis. Si Conradus hec predicta in f. Michahelis nunc ven-

---

a) duas bůdas *durchstr. u.* unam bůdam *übergeschr.* b) 60 *durchstr. u.* 26 *übergeschr.* c) *Hds.:* Dulmer.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

turo non redimerit, tunc empta empcio ipsius Gerhardi de Elmehorst permanebit et ad hec omnia mater Conradi con[sensit]. Scriptum feria V ante Reminiscere (*März 13.*).

554. Hinricus Doleator statuit suo genero dicto Meg pellifici pro 40 m. 2 medias hereditates suas in pl. Franconum, que pertinebant Hinrico Pretwisch.

A. D. 1321 circa Reminiscere (*März 15.*). [*f. 32a*

555. Roleke carnifex emit 3 quartalia hereditatis Conradi Brabant, que obligaverat advocato et consulibus, et sunt ei resignata. Jdem[a]) Role emit quartum quartale et sic hereditas est sua toto.

*556. Relicta Ludolfi de Hermelen statuit Meynekino de Raceborch 3 quartalia sue hereditatis in Zemelowenstrate pro 350 m. minus 18 m.[b]) ad f. pasche, quod erit sub a. D. 1322.

*557. Johannes Perun cultellifex statuit Godscalco Manhaghen suam mediam budam in pl. Penesticorum pro 33 m. usque f. Michahelis,[c]) quod erit sub anno 22.

*558. Hermannus Longus statuit Alberto Muckenhol medietatem lignee domus in pl. Vecture[d]) iuxta Reynerum de Thevin illam partem, que versa est ad predictam plateam pro 50 m. usque Michahelis nunc venturum.

*559. Relicta Ludolfi de Hermelen statuit Meynekino de Raceborch 3 quartalia sue hereditatis in Zemelowestraten pro 400 m. minus 18 m. usque ad f. pasche, quod erit sub a. D. 1322.

560. Thideman Waycke statuit primis pueris suis, Thidekino et Elizabeth, magnam domum[e]) suam, que vocatur Kule,[f]) pro 80 m. Defectum ipse Thidericus Wayke supplebit.

*561. Johannes Poyterose statuit filio fratris sui Nicolao mediam lapideam domum suam iuxta Forum Carbonum pro 100 et 10 m.

*562. Hinricus Kulal statuit Hinrico de Mynden in pl. Monachorum quartam partem domus, que pertinebat Hermanno de Lubec, pro 22 m. usque in f. pentecostes sub a. D. 1321.

*563. Arnoldus Verleghen Gůt statuit magistro Mathie Pannicide mediam lapideam domum suam in pl. Zemelowen pro 200 m. ad pignus prosequutum; nunc in f. Martini solvet 100 m. et in f. pasche proximo 100 m. solvet.

* Idem[g]) Arnoldus redemit quartam partem dicte hereditatis vero quartam partem totius hereditatis. Actum a. D. 1322.

564. Johannes Pren pistor statuit Jo[hanni] Plotzen duas[h]) hereditates in Longa platea in ortone iuxta Reymarum Poltzen pro 150 m. a f. pasche nunc elapso ad 7 annos, de quibus sibi dabit quolibet anno 15 m. reddituum racione. Scriptum a. D. 1321 feria VI. post Ascensionem Domini (*Mai 29.*).

---

a) Jdem etc. *Nachtrag.* b) minus 18 m. *auf Rasur.* c) Mich. *über dem durchstr.* pasche. d) vecture *über dem durchstr.* Franconum. e) magn. dom. *über dem durchstr.* parvam domum. f) q. v. k. *durchstrichen u. unterpunktiert.* g) Idem etc. *Nachtrag.* h) duas *über dem durchstr.* tres.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

565. Gerhardus Ghevelberch solus edificavit murum inter ipsum et Hermannum Schiringum a kellerscrode usque ad summitatem. Si uxor Hermanni et eius pueri aut aliquis alius talis muri uti voluerint, ipsum murum solvant cum eodem secundum estimacionem proborum hominum.

*566. Elizabeth de Gristowe statuit pueris Bernardi Anevelt cerdonis lapideam domum eius in Longa platea pro 70 m.

A. D. 1321 Jacobi *(Juli 25.)*. [*f. 32b*

567. Cristina, uxor Jo[hannis] Bleken, statuit primis pueris suis, videlicet pueris Jo[hannis] Mastrant, mediam hereditatem in Papenstrate pro 83 m. et alia medietas eiusdem hereditatis attinet pueris eisdem.

568. Johannes Posewalc statuit pueris Conradi Posewalk, sui fratris, hereditatem suam in Longa platea iuxta Novum Forum pro 60 m. a f. s. Jacobi per 6 annos. Scriptum in vigilia s. Jacobi *(Juli 24.)*.

o569. . . . . . statuit pueris Conradi Posewalk mediam hereditatem suam iuxta Novum Forum in ortone pro 60 m. per 6 annos a f. Jacobi. Scriptum in vigilia Jacobi.

*570. Johannes Suderman statuit pueris Conradi Posewalc suam domum argilleam, dictam Kornehus, inter Blidenstraten et pl. Tribbeses pro 20 m. a f. Jacobi per 6 annos. Scriptum in vigilia Jacobi.

*571. Conradus Jnstitor statuit Godfrido Crispo bůda[m] suam in pl. Renovatorum[a]) pro 7½ m. usque Martini.

572. Uxor Alberti Sachtelevent statuit quartale hereditatis sue, in qua moratur, in pl. Monachorum Godfrido Crispo ad manus cuiusdam hospitis, nomine Wolterus de Revele, pro 40 m. minus 1 m.; Godfridus satisfaciet pro collectis. Scriptum feria IV ante Cathedram Petri *(Febr. 18.)*.[b])

*573. Uxor Ludolfi de Hermelen statuit Hin[rico] Walen cum consensu provisorum hereditatem suam iuxta stupam ante Spitalesdor pro 32 m. usque Michahelis. Scriptum feria IV ante Laurencii *(Aug. 5.)*.

574. Uxor Alberti Sachtelevent statuit Heydenrico de Zemelowe et Nicolao Beggherowen mediam hereditatem suam, quam inmoratur, pro 60 m. Scriptum Cathedra Petri *(Febr. 22.)*.[c])

575. Bertoldus Cegheder statuit Gerwino Storkowen suam hereditatem in pl. Monachorum, que quondam Hermanno de Barth pertinebat, pro 50 m. usque Martini. Pro defectu Bertoldus Cegheder respondebit.

*576. Hermannus Doring iunior statuit Sophie, filie Hennekini Woltorp, medietatem tocius ortonis sui infra pl. Monachorum pro 60 m. usque in f. pasche nunc venturum. Scriptum feria IV post Laurencii *(Aug. 12.)*.

*577. Hinricus de Cyppeken statuit relicte Symonis de Cyppeken et puero eius terciam partem sue hereditatis iuxta Novum Forum pro 50 m., quousque placuerit provisoribus eorundem.

---

a) Hds.: Renocorum *durchstr.; darüber* antiquorum Factorum *durchstrichen; darunter* Renovatorum. b) *Es soll wohl heissen* Vincula Petri = *Juli 29.* c) *oder* Vincula Petri *(Aug. 1.)*?

*578. Johannes Tonaghel statuit relicte Symonis de Cyppeken et puero eius mediam hereditatem suam, quam inhabitat, iuxta S. Jacobum pro 50 m., quamdiu placuerit provisoribus predictorum.

A. D. 1321 circa Martini. [*f. 33 a*

*579. Hinricus de Cyppeken senior statuit relicte Symonis de Cyppeken et eius pueris hereditatem suam in ortone in Longa platea, que vocatur coquina, pro 14 m., quam diu placuerit provisoribus.

580. Notandum, quod primitivi pueri Hermanni Sartoris habent in prompcioribus bonis ipsius Hermanni 150 m.

581. Henneke Wittenhaghen statuit quartale hereditatis sue, quam inmoratur, et Ludeke Wittenhaghen statuit suam hereditatem, que dicitur granarium sive kornehus; hec predicta statuerunt relicte Symonis de Cyppeken et eius puero pro 60 m. coniuncta manu persolvendis, dum provisoribus placuerit predictorum.

*582. Notandum, quod inter dominum priorem Fratrum Maiorum et conventum parte ex una et Leonem, filium Thiderici Wicberni, parte ex altera exstitit placitatum, quod Leo predictus manet prefato priori et conventui obligatus in 45 m., quarum 15 m. solvet[a]) in f. b. Walburgis nunc venturo et 30 m. in f. Martini proximo, quam pecuniam Nicolaus Vorkenbeke aut alius, quicunque molendinum inmoratur, ipsis fratribus in dictis terminis de prima pecunia expedite dabit ex voluntate Leonis prenotati, et istud Nicolaus Vorkenbeke est coram consulibus arbitratus. Actum a. D. 1321 in vigilia S. Andree (*Nov. 28.*).

*583. Domino Bertoldo Albo et suis heredibus est obligata hereditas Alberti de Lubec in pl. Monacharum pro 150 m., pro quibus eam redemit.

584. Amelungus obligavit Reynero Cerdoni 3 quartalia sue hereditatis pro 65 m. usque ad f. pasce nunc venturum. Scriptum feria VI ante Nicolai (*Dez. 4.*).

*585. Hinricus Vehof obligatur suis privignis in 64 m. elvesch monete[b]), pro quibus eisdem statuit sive inpigneravit suam hereditatem sitam apud Longam valvam. Actum a. D. 1322 in die b. Vincencii martiris (*Jan. 22.*).

*586. Bertoldus de Kedinghagen inpigneravit sive statuit dimidiam suam curiam in Kedinghagen sitam Gherwino de Semelowe pro 100 m. slavical. den. solvendis in proximo f. Nativitatis Cristi.

A. D. 1321 ante Nativitatem Domini. [*f. 33 b*

*587. Johannes Pruce statuit mediam hereditatem suam in pl. S. Spiritus domino Jo[hanni] Crans, Jo[hanni] Goldoghen, Zeghefrido, Lippoldo Aurifabro, Thideman de Campen sutori et Reynero Gerwer pro 400 m. minus 20 m., cuius pecunie 100 m. tangunt dominum Jo[hannem] Crans et Jo[hannem] Goldoghen, Zeghefridum et Lippoldum tangunt 200 m., Thidemannum de Campen 54 m. et Reynerum Gherwer tangunt 26 m. Et hanc medietatem pro memorata pecunia statuit eis pro pignore exsequuto.

*588. Dominus Jo[hannes] Crans statuit et obligavit suo genero Johanni Sachtelevent totam hereditatem suam in pl. Zemelowen pro 600 m. slavicalibus usque Micha[e]lis nunc proximum pro pignore prosequuto. Si dominus Crans

a) *Hdsch.:* solvent. b) *übergeschrieben:* elvesch monete.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

illo tempore sibi non dederit 600 m., tunc Jo[hannes] licite vendere poterit ipsam hereditatem et recipere inde summam prenotatam.

*589. Johannes Borsin statuit pueris Syfridi, Hin[rico] et Alberto, medium ortonem suum, qui Sculderknoken pertinebat, [pro] 40 m.; cum autem pueri perveneri[n]t ad annos discrecionis, tunc reddet eis pecuniam iam dictam. Sed hoc provisores sibi unum quartale ante intimabunt.

* 20 m.[a]) sunt persolute; pro aliis 20 m. est quarta pars eiusdem hereditatis inpignerata et aliud totum solutum.

A. D. 1322.

*590. Thi[de]mannus Rone emit a Petro Wicberno hereditatem suam sitam in Bodenstraten inter Ruffum Lodewicum et Johannem de Beke. Sed idem Petrus optinet in eadem hereditate ad 3 annos singulis annis 12 m. red.; quibus 3 annis exspiratis dictus Thidemannus hos red. 12 m. redimere potest pro 100 m. d. Terminus pasche.

*591. Henneke Weling statuit vel inpigneravit Wil[lekino] Surdech dimidietatem sue hereditatis site apud antiquum Kuterdor pro 34 m. pro executo pignore in proximo pascha.

592. A. D. 1322 in f. Cristi inpigneravit Lippoldus Lemmekino, filio Wolteri, suam hereditatem sitam apud domum angularem circa Forum pro 100 m. et 70 m.[b]), pro quibus ad 4 annos satisfaciet sibi.

593. Conradus de Lippa inpigneravit suam hereditatem sitam in Longa platea in opposito Nicolao de Gripiswolt pueris Lutzowe pro 100 m. solvendis in pasca proximo ulterius ad 3 annos.

A. D. 1322. [*f. 34 a*

*594. Thideke de Ruyan statuit Hermanno Sculowen suum molendinum situm apud Valvam Tripeses pro 30 m. solvendis in octava pasche proximo pro pignore executo.

*595. Bernardus Pellifex et sua domina, relicta Schapeshovet, statuerunt suam dimidiam hereditatem sitam apud Bertoldum Album pueris Tezen de Bischopestorp pro 40 m. solvendis in pascha proximo usque ad futurum terminum.

*596. Johannes Horn[c]) et Hermannus, filius eius, ei statuerunt suam dimidiam curiam cum mansis sitis in Damenis, sicut sita est, exceptis rebus curie pueris filie eiusdem Johannis Horn, sc. pueris tribus Gherardi de Gnogen, pro 75 m. solvendis a proximo f. pasche usque ad 2 annos vel debent manere in favore patruorum puerorum predictorum; predictus eciam Jo[hannes] Horn et Her[mannus], filius eius, sposponderunt satisfacere ad pignus predictum.

597. Thi[dericus], filius Jordani, et mater eius statuerunt Hinrico Vehof suas 2 bodas sitas apud preconem pro 44 m.; quas si dictus Thi[dericus] et mater non redimerint in proximo f. b. Martini, tunc dicte bode manebunt dicto Hinrico Vehof ut vera empcio.

*597a. Thideke Saytelevent et mater eius statuerunt suam hereditatem sitam in Verstraten Arnoldo et Gherardo Langhervelt pro 350 m. d. in proximo f. b. Martini solvendis.

---

a) 20 m. etc. *Nachtrag.* b) 100 *und* 70 *durchstrichen und* 50 *und* 35 *übergeschrieben.* c) *Hdsch.:* Johannes de Horn; de *radiert.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

* Idem Thi[dericus] stat pro matre sua, quod dictam hereditatem in hac arestatione non inpediat.

*598. Hinricus de Brakele statuit et inpigneravit suis privignis, sc. Nicolao et suis sororibus et fratribus, suam hereditatem, in qua moratur[a]) Copperslegher, pro 40 m. solvendis in pascha ad annum.

*599. Hermannus Doringhus statuit et inpigneravit 3 partes sui anguli, sicut site sunt, pro 100 m. et 40 m. Thideke[b]) et Bertoldo, pueris Bertoldi de Grimme, solvendis a f. b. Michaelis proximo usque[c]) ad futurum annum eiusdem festi. Idem Doringhus satisfacere tenetur ad pignus predictum, si quis in eo fuerit defectus.

*600. Hille de Gnogen[d]) et filia eius, que est ceca, et eorum provisores statuerunt suam hereditatem sitam in pl. Piscatorum Hinrico Weghener et Thi[derico], fratri eius, pro 48 m. solvendis in proximo f. b. Martini; que si tunc rede[m]pta non fuerit, tunc eorum manebit vera et legitima emptio.

A. D. 1322 post pascha. *[f. 34b*

*601. Hermanus Gosler statuit Cristiano Cultellifici quartam partem sue hereditatis pro 35 m. solvendis in f. b. Martini proximo ad unum annum pro pignore executo.

602. Johannes Wenthusen statuit ex[e]) parte Alheydis filie eius pueris Machorii Hop terciam partem hereditatis lapidee domus site in Knepestrate, quam domum Godeke de Riga dedit sue uxori pro 50 m. solvendis in f. b. Martini sub a. D. 1323. Johannes Wenthusen supplebit defectum.

*603. Johannes de Meppen statuit domino Bertrammo Travenemunde quartam partem sue hereditatis, in qua moratur, pro 23 m. solvendis in proximo f. b. Michaelis; quas si tunc non solverit, ita quod dominus Bertrammus debet iure repetere, tunc idem dominus Jo[hannes] Meppen 30 m. dabit pro 23 m. predictis. Scriptum in die b. Alexii *(Juli 17.)*.

*604. Johannes Saytelevent statuit suam hereditatem sitam in pl. S. Spiritus pro Thi[derico] Saytelevent Hebelen, filie Luderhachen, pro 50 m. solvendis in proximo f. b. Martini.

605. Alheydis de Godebusze statuit Bernardo et Arnoldo fratribus de Tribesez suam hereditatem sitam in platea Longa pro 40 m. solvendis in f. b. Martini ad futurum.

606. Johannes, frater Elburgis, et Wobbe dimiserunt Wobben, filiam Elburgis, liberam ab omni inpe[ti]cione.

*607. Kunne, relicta Johannis Cannengheter, et Johannes, filius eius, statuerunt suam dimidiam hereditatem sitam in pl. Semelowe Ditmaro Pust et suis sororibus pro 200 m. d. a Michaelis usque ad futurum annum eiusdem festi.[f])

608. Reyborch, relicta Wicboldi, statuit Gheseken, sorori sue, quartam partem sue hereditatis site in pl. S. Spiritus pro 80 m. solvendis in proxima pascha pro pignore executo.

---

a) in qua mor. *am Rande; im Texte durchstrichen:* sitam aput. b) Thideke *bis* Grimme *am Rande; im Texte durchstrichen:* Bertoldo de Grimme. c) usque *bis* festi *durchstrichen.* d) *nach* H. de Gn. *durchstrichen:* relicta. e) ex — eius *übergeschrieben.* f) *Hds.:* anni.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

609. Everardus de Robele statuit Margareten, filie Conradi de Poswalc, suam hereditatem sitam in Longa platea pro 40 m. a preterito f. b. Michaelis ulterius ad 4 annos. Actum a. D. 1322 in die b. Remigii confessoris *(Oct. 1.)*.

*610. Albertus Hůvener statuit privignis suis, filiis Bertoldi Kurlant, ambas[a]) suas hereditates lapideas sitas in Hokenstrate et suam hereditatem dictam Rammesberg[b]) pro 500 m. minus 24 m. Idem Albertus supplebit defectum. Actum in die b. Dionisii *(Oct. 9.)*.

*611. Johannes de Meppen statuit dimidietatem sue hereditatis lapidee site in Longa platea domino Gherardo de Angheremunde pro 100 m. [et] 20 m. pro pignore executo in proximo f. b. Nicolai[c]). Libere eo tempore potest idem dominus Gher[ardus] vel suus procurator vendere, inpignerare et dimittere pro beneplacito, quousque pretactam rehabebit pecuniam.

*612. Pernowe faber statuit Jo[hanni] Westerso suam dimidiam bodam sitam in Hokestrate pro 10 m. solvendis Martini pro pignore executo.

*613[d]) Everardus Robele statuit eandem hereditatem suam, quam Margarete, filie Conradi Poswalc, statuit, Wernere Lorer pro 14 m. puri argenti inmediate post illas 40 m. [solvendis] in proximo f. b. Michaelis pro pignere executo. Actum a. D. 1326 circa Carnisprivium.

A. D. 1322 post Michaelis. *[f. 35 a*

*614. Martinus Wokenstede statuit quartam partem sue hereditatis filie fratris sue Raven pro 50 m. ad 6 annos.

615. Johannes Wenthusen statuit suam hereditatem sitām in pl. S. Spiritus pro 100 m. ad vicariam instauratam per dominum Albertum de Stargart ad 3 annos. Terminus Jacobi apostoli *(Juli 25.)*.

*616. Gherardus Tholner statuit quartam partem de tota sua hereditate ad eandem vicariam pro 100 m. solvendis ad 3 annos. Terminus b. Jacobi.

*617. Domina Elizabet Stenhusesche statuit filio suo, domino Thiderico, suam hereditatem sitam in pl. Vrankorum pro 100 m. ad 3 annos. Actum a. D. 1322 ante Michaelis.

* Has[e]) 100 m. idem dominus Thidericus statuit Bertoldo Albo, donec ei resignet hereditatem, quam emit Bertoldus Albus predictus.

618. Hinricus Oldenhaghen habet ratione muri in hereditate Hermanni Calvi Petri red. 2 m. et 2 sol. pro 25½ m. Dies Michaelis.

Idem[f]) Oldenhaghen vendidit ista Albo Bertoldo et sibi resignavit.

619. Hin[ricus] Lenceman habet racione muri in hereditate et boda Ghesen Pinnowesche red. 18 sol. pro 13½ m. Dies Michaelis.

*620. Longus Brun statuit suam hereditatem in Vrankenstraten pueris Bernardi Anewelt pro 40 m. ad 2 annos.[g])

---

a) ambas *übergeschrieben u.* suas hereditates lap. sitas *aus* suam hereditatem etc. *verbessert.* b) et suam *bis* Rammesberg *besonders durchgestrichen.* c) Nicolai *übergeschrieben; im Texte durchstrichen:* Martini. d) *die No. 613 am unteren Rande nachgetragen.* e) Has etc. *Nachtrag.* f) Idem etc. *Nachtrag.* g) pro 40 m. ad 2 annos *verwischt und darunter wiederholt.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

621. Brun, filius Meynardi doleatoris, Johanni Borsin terciam partem statuit hereditatis patris sui cum consensu sui patris dicti Meynardi, videlicet que pars sibi cadit ex parte matris sue, pro 15 m.; quod si in f. b. Michaelis non redimerit, tunc permanebit vera empcio eiusdem Johannis Borsin.

*622. Thidericus Pellifex et mater eius statuerunt Alberto[a]) Rockut et Thi[derico] Wageken ad manus Wesselsghes quartam partem hereditatis eorum pro $23^1/_2$ m. solvendis Michaelis. Idem Thi[dericus] et mater conplebunt defectum.

623. Johannes Vroverdrunken pellifex statuit Nicolao Dano institori suam bodam in pl. Francorum pro 10 m. per 3 annos a f. b. Michaelis venturo; si tunc non redimerit, perpetua erit empcio eiusdem Nicolai Dani. Scriptum in f. b. Laurencii a. D. 1322 *(Aug. 10.)*.

*624. Hinricus de Oldenhaghen statuit Ebben[b]), filio Jone, suas ambas hereditates pro 50 m. a f. b. Laurencii ulterius ad 2 annos; et si tunc non redimerit, permanebit empcio eius legitima. Scriptum ut supra.

*625. Johannes, filius Willami, statuit Ebben, filio Jone, suam lapideam domum pro 100 m. per duos [annos] a f. b. Michaelis. Scriptum anno et die predictis.

A. D. 1322 post Lucie (*Dez. 13.*). [*f. 35b*

*626. Dominus Johannes Crans statuit Johanni Saytelevent, genero suo, suam hereditatem sitam in pl. Semelowe totam, sicut est situata, pro 600 m. d. slavical. Quam si in proximo f. b. Michaelis predictus dominus Crans non redimerit, tunc dicta hereditas manebit vera et legitima empcio eiusdem Johannis Saytelevent.

*627. Gherardus Ossenrey statuit Thiderico Scerer suam dimidiam hereditatem sitam apud Forum Carbonum. Item statuit eidem suam dimidiam hereditatem sitam in Bodenstraten, que fuit Ermghardi, pro 200 m., de quibus primas 100 m. solvendas in proximo f. b. Martini, residuas 100 m. ulterius ad annum in f. b. Martini; pro pignore exsecuto sunt predicte hereditates inpignerate.

*628. Matheus Priwistorp statuit Gherwino Semelowe suam hereditatem, que fuit Alardi Pistoris, pro 66 m. solvendis in proximo [f.] b. Michaelis. Idem Mattheus supplebit, si aliquis fuerit defectus.

*629. Ludeke Modersele statuit Her[manno] Visch suam bodam sitam in Macellis pro 14 m.

*630. Lowe Woltorp ac mater eius[habent] 2 partes in hereditate sita apud Borneholm; de hiis 2 partibus statuerunt idem Lowe et eius mater quartam partem Hinrico Wichmanni pro 34 m. solvendis Michaelis.

*631. Deghener et eius uxor statuerunt suam heredidatem sitam in pl. Monachorum relicte Bruchusen et suis iustis heredibus pro 100 m. et 80 m. d., solvendis 60[c]) m. in proximo f. b. Martini; item tunc in proximo pascha 60 m.; residuas 60 m. in f. b. Martini tunc venturo. Quam hereditatem ipsa relicta Bruchusen vendere potest, quandocunque sibi non satis fit de predictis denariis suis terminis prenominatis. Super defectum omnium istorum fideiusserunt idem

---

a) Alb. R. et *übergeschrieben.* b) Ebben *übergeschrieben.* c) 60 m. *bis* Pascha 60 m *besonders durchstrichen.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Deghener et Wolderus de Sale et sic omnia sunt finita et terminata habita inter eandem relictam et Gher. Sten. Actum a. D. 1323 in Conversione b. Pauli (*Jan. 25.*).

*632. Johannes Hovener statuit Borchardo, servo domini Bertrammi Travenemunde, suam dimidiam hereditatem pro 45 m. solvendis in proximo Michaelis; quam si tunc non redimerit, manebit iusta empcio eiusdem Borchardi. Actum a. D. 1323 post f. Cristi.

633. Mathias Gherdener statuit Alberto Perlement suam dimidiam hereditatem sitam in Molenstraten et omnia sua mobilia bona solvendis in Assumptione b. Marie pro 22 m.

634. Manhagen ve . . .[a])

A. D. 1323. [*f. 36 a*

*635. Relicta Branteshaghen statuit suam dimidiam hereditatem pueris Luderhaghen pro 25 m. Item aliam dimidiam hereditatem eisdem pro 25 m.

636. Everardus de Robele concessit suo avunculo Johanni, dicto filio vidue, suam hereditatem sitam cum horrio et curia, que fuit Gotscalci Inperterriti. Ista idem Johannes statuit relicte Simonis de Cippeken et eius puero pro 31 m.

*637. Volker de Hove statuit Thidekino, filio Albi Bertoldi, suam dimidiam hereditatem pro 90 m. solvendis Jacobi.

*638. H. Pernowe statuit Alberto Perlement dimidiam bodam suam pro 16 m. solvendis Jacobi.

639. Godekinus de Loten statuit Hinrico de Cyppeken suam hereditatem pro 50 m. super terminum Johannis Baptiste pro pignore execucionis.

*640. Hinricus Hundertmark statuit suam hereditatem pueris Johannis Seyer pro 200 m.

* Hinricus Hundertmark statuit duas hereditates[b]) suas, unam sitam in pl. S. Spiritus et aliam in pl. Tribusez[b]), pro 200 m. pueris Seyer; pro defectu ad hoc promittit idem Hinricus Hundertmark.

*641. Domina Schapeshovedesche statuit eius dimidiam hereditatem apud Bertoldum Album in Longa platea pro 30 m. pueris Thidemanni Colraven.

*642. Hennekinus Weghener posuit suam hereditatem sitam [in opposito?] cimiterii Domine nostre in Nova Civitate cum orto uno et cum uno iugere pueris Thidemanni Colraven pro 30 m.

*643. Godekinus Pistor statuit suam hereditatem sitam in Longa platea apud Hinricum de Oldenhaghen pueris Theszen de Byscopestorp pro 40 m.

*644. Cristina Crencersche et filius eius Jo[hannes] statuerunt domino Conrado Albo eorum hereditatem in pl. Nunciorum pro 100 et 20 m. super terminum Natalis Cristi.

*645. Gherardus Langhervelt statuit Wedekino dimidiam hereditatem sitam in Blitenstraten, que fuit Brendekini Brochusen, cum hiis, que attinent dicte dimidie hereditati, pro 23 m. solvendis in proximo b. Michaelis festo.

646. Nicolaus Beggherowe statuit Gherwino Semelowe suam hereditatem sitam in pl. Monachorum pro 100 m. solvendis Letare proximum.

---

[a]) *unbeendet.* [b]) duas *und* sitas *und* et aliam *bis* Trib. *durchgestrichen und* duas her. sit. *in* unam hereditatem sitam *und* 200 *in* 100 *geändert.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

647. Hinricus Hundertmark statuit suam hereditatem sitam in pl. Francorum filie Nicolai Sartoris pro 80 m. minus 28 sol.

Nicolao[a]), filio Calvi Petri, resignata est pecunia ista coram dominis consulibus.

*648, Gherardus Wrigensten ac Boge Mordorp statuerunt quilibet dimidietatem[b]) sue hereditatis pro 90 m. d. Ludolfo, filio Johannis Westvali, per 6 annos; terminus Johannis Baptiste. Hereditas Gherardi est sita in angulo in Vrankenstraten, hereditas Boge est sita apud Hermannum, fratrem Parvi Ludolfi. Predicti duo fideiusserunt super defectum.

*649. Ludolfus Westvalus statuit suam hereditatem in pl. Principis Ludolfo, filio Johannis Westvali, pro 90 m. per 6 annos. Terminus Johannis Baptiste.

*650. Lowe statuit suam hereditatem, sicut sita est, relicte Thi[derici] Ghevelbergh ac Gher[ardo] Ghevelberg pro 100 m. et[c]) 22½ m. pro pignore executo in f. b. Michaelis.

A. D. 1323 circa f. b. Margarete (*Juli 13.*). [*f. 36* b

651. Nicolaus Beggherowe statuit seu inpigneravit suam curiam cum 2 mansis et omnibus bonis et rebus curie, sicut sita est, Thi[derico] de Alen pro 60 m. Ex hiis solvet 30 m. in proximo pascha, residuas 30 m. ulterius ad annum in pascha. Quod si non fecerit, tunc curiam vendere potest idem Thi[dericus] de Alen et suos denarios recepere in parato. Que curia sita est in Benekenhaghen.

*652. Everhardus[d]) Hup pro se et suis sociis ex parte Siffridi de Plone militis statuit et inpigneravit Johanni Saytelevent suam curiam sitam in Kedinghehaghen cum omnibus rebus, pecudibus et pecoribus et cum omni utilitate et cum omnibus, que attinent dicte curie, pro 600 et 20 m. den. slav. tali condicione, quod, si dictam curiam in proximo f. b. Nicolai non redimerit, tunc predicta curia manebit legitima et vera empcio eiusdem Johannis Saytelevent et suorum heredum. Preterea si dicta curia, quod Deus avertat, per incendium peiorata fuerit, tunc idem Hup et sui socii predicto Johanni Saytelevent satisfacere debent pro defectu et consocii et conpromissores Hup una cum Hup debent predictum Everdum Hup et suos heredes[e]) indempnem reddere de dampno, si quod incurrerit ex parte inpigneracionis curie supradicte. Et si aliquis conpromissorum medio tempore morte preventus fuerit, extunc heredes mortui satisfacient loco mortui conpromissoris. Conpromissores sunt predictus Everardus Hup, Her[mannus] Stenhaghen, Bernardus de Dorpen, Jo[hannes] Wenthusen, Gher[hardus] Ossenrey et Conradus Papenhaghen.

Conradus Albus habet 50 m. den. slav. primo ante istam inpigneracionem.

*653. Rode Ludeke statuit suam hereditatem sitam apud Fratres Maiores Tilsen, filie Papen institoris, pro 80 m. d. ad 5 annos. Super defectum fideiusserunt Thidericus et Nicolaus fratres eiusdem Ludekini et idem Ludekinus. Terminus Michaelis.

---

a) Nicolao etc. *Nachtrag.* b) *vorher durchstrichen:* suam. c) *Hds.:* pro. d) *vorher geht unterpunktiert:* Everhardus Hup cum suis conpromissoribus. e) et suos her. *übergeschrieben.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

654. Albertus Hovener habet in muro Thiderici Manhaghen in pl. Pennesticorum 20 m. d., pro quibus singulis annis percipiet in f. b. Michaelis 2 m., donec predictus Thidericus sibi dictam pecuniam persolvet.

*655. Bertoldus Albus concessit Borchardo 100 m. d.

*656. Borchardus Somer[a]) statuit Bertoldo Albo suam hereditatem in opposito Eselsvot sitam pro 100 m. d. slav. pro pignore executo et predictus Bertoldus, quando suos denarios predictos vult rehabere, circa quindenam predicere debet predicto Borchardo.

657. Vicko Pistor statuit hereditatem suam sitam apud Dotem Arnoldo et Bertoldo, fratribus de Tribusez, pro 80[b]) m. solvendis in proximo f. b. Martini. Actum a. D. 1323 circa Elizabet (*Nov. 19.*).

*658. Leo Woltdorp et mater eius statuerunt Ghertrudi Pinnowesche quartam partem hereditatis lapidee sue partis pro 40 m. in f. Cristi ulterius ad annum solvendis pro pignere executo.

*659. Johannes Sump statuit Weldegen pistori suam dimidiam hereditatem sitam apud Fratres Maiores pro 80 m. Dies in Nativitate Cristi.

*660. Jo[hannes] Hovener statuit Alberto Rockut suam dimidiam hereditatem pro 36 m. solvendis in proximo pascha.

A. D. 1324. [*f. 37 a*

*661. Leo statuit Lemmekino, filio Wolteri Monetarii, suam hereditatem, sicut sita est, pro 100 et 20 m. solvendis in f. Purificacionis b. Marie virginis proximo ulterius ad annum pro pignere executo.

*662. Nicolaus Massun statuit domine Sophie relicte Woltdorpeschen terciam partem hereditatis sue, quam ab ipsa emit, pro 150 m., pro quibus sibi singulis annis dabit 15 m. Post obitum eius Leo, filius eius, dictam pecuniam optinebit. Predictus eciam Nicolaus Massun potest hos redditus redimere, quando sibi placebit.

*663. Bertoldus Pluncowe statuit suam dimidiam hereditatem Thiderico, filio Albi Bertoldi, pro 50 m. solvendis Michaelis.

*664. Hinricus Veleghest statuit filio suo Johanni suam dimidiam hereditatem pro 30 m.

*665. Wolterus Pelegrim statuit Leoni Pelegrim suam terciam partem hereditatis pro 50 m. solvendis in pascha proxima ulterius ad annum.

*666. Junior Nicolaus Rodehose statuit dimidietatem sue hereditatis site in pl. Semelowe Alberto, filio Johannis Mechel, pro 150 m. Idem Nicolaus satisfaciet pro defectu.

*667. Nicolaus Lemegowe statuit quartam partem sue hereditatis site apud Novum Forum Bertrammo Travenemunde pro $20^1/_2$[c]) m. solvendis Martini.[c])

*668. Hinricus Lenceman statuit filie Papen institoris dimidietatem sue dimidietatis hereditatis sue site in Verstrate, que quondam fuit Hermanni Schireng, pro 80 m. d. ad 3 annos pro pignere executo. Actum a. D. 1324 in f. pasche.

*669. Johannes Lenderhaghen statuit pueris Kolraven suam hereditatem sitam in pl. Francorum pro 30 m. Dies Viti (*Juni 15.*).

---

a) Somer *übergeschrieben.* b) 80 *unterstrichen,* 100 *übergeschrieben.* c) $20^1/_2$ *und* Martini *durchstrichen;* 36 *und* Michahelis *übergeschrieben.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*670. Matheus Pistor statuit Jordano Voghe suam hereditatem, que quondam fuit Alardi pistoris, pro 100 et 20 m. d. Dies pascha.

Item[a]) pro 80 m.; sic sunt 200 m.

671. Hinricus Wulflam statuit suis fratribus Bertrammo et Wulvekino quartam partem sue hereditatis lapidee pro 60 m. site apud Forum.

*672. Hinricus Longus statuit Hinrico Semelowe quartam partem stupe et hereditatis sue site apud Bodendor pro 100 m. et 40 m. d. usualium solvendis in proximo [f.] b. Michaelis ultra ad 3 annos. Medio tempore si idem Hinricus Longus predictam pecuniam non solverit, tunc predictus Hinricus Semelowe predicta vendere potest, donec pecuniam suam prius tactam possit rehabere. Actum a. 1324 ante Margarete (*Juli 13.*).

673. Arnoldus Stoke statuit Cesario Crispo dimidietatem sue hereditatis site in Verstraten pro 100 m. et 40 m.

*674. Jo[hannes] Papenhagen Pingwis statuit Thidekino, filio Hermanni Papenhagen, dimidiam hereditatem suam sitam in pl. Ravensberg pro 40 m.

*675. Johannes Cracowe statuit Jo[hanni] Dano et Alberto Vetten suam hereditatem sitam in pl. Francorum pro 45 m. Dies Martini.

*676. Vulveke statuit Hermanno de Bughe suam dimidiam hereditatem sitam in pl. S. Spiritus pro 90 m.

A. D. 1324 post Assumpcionem b. Marie virginis (*Aug. 15*). [*f. 37b*

*677. Gotscalcus, filius Hermanni Pingwis, statuit Johanni Sump et relicte Reymari Plotzen[b]) sextam partem hereditatis sue site in Lobeshaghen pro 20 m.

*678. Hinricus Oldenhaghen statuit relicte Simonis de Cippeken et sue filie suam hereditatem sitam in Longa platea pro 60 m.

*679. Jo[hannes] Carnifex statuit Arnoldo Tribusze suam hereditatem sitam apud Gher[hardum] Langhedorp pro 70 m.

*680. Johannes Hovener statuit Gherwino Semelowe dimidietatem sue hereditatis pro 36 m. Dies pasche.

681. Johannes Cracowe statuit Boldewino Vetterocken suam hereditatem, que quondam fuit Bochaghen, apud Novum Forum pro 80 m. solvendis Letare; quod si non solverit illo termino, iusta empcio manebit eiusdem Boldewini.

*682. Jo[hannes] Wilhelmi inpigneravit filie[c]) suam hereditatem sitam in pl. S. Spiritus lapideam pro 200 m. et 20 m.

*683. Jo[hannes] Saytelevent doleator emit a domino Thiderico Stenhus et a Her[manno] Cipollen suam hereditatem sitam in pl. Clericorum.

*684. Radeke Auriga statuit Gher[hardo] Brot suam hereditatem sitam in pl. Morderi pro 10 m., pro qua percipiet singulis annis in Purificacione red. 1 m., quousque predicte 10 m. Ger[ardo] integraliter persolventur et restituentur.

685. Jo[hannes] Solekendorp statuit Jo[hanni] Witten quartam partem sue hereditatis pro 40 m. a proxima[d]) ultra ad 3 annos.

*686. Hinricus de Sundis statuit pueris Alberti Muckenhol suam hereditatem pro 50 m. solvendis a proximo f. b. Michaelis ultra ad 3 annos. Hereditas sita est apud Rolavum de Warpe. A. D. 1325 ante pascha.

---

a) Item etc. *Nachtrag.* b) Plotzen *übergeschrieben.* c) *Name fehlt.* d) *d. Name des Festes fehlt.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*687. Hinricus Brakele et uxor sua statuerunt terciam partem suam hereditatis Longi Nicolai Borchardo ratione dotis sue uxoris pro 40 m. solvendis in f. b. Michaelis ulterius ad 2 annos. A. D. 1325.

*688. Hermannus Thoringhus statuit dimidiam hereditatem suam sitam apud Novum Forum Jo[hanni], puero Beschoren, pro 30 m.

689.[a]) Kercebom habet in muro[b]) inter ipsum et relictam Ludekini Hermelin 12 m., pro quibus singulis annis percipiet red. 1 m., donec 12 m. sibi restituentur.

690. Lambertus de Roden statuit Alheydi de Camen suam hereditatem, in qua moratur, pro 350 m. usualium denariorum.

A. D. 1325. *[f. 38 a*

*691. Wolterus Pelegrim statuit Gher[hardo] Leoni suam hereditatem sitam in pl. Francorum, in qua moratur, pro 50 m. solvendis in proximo pascha. Idem Wolter fi[deiussit] supra defectum.

692. Greta, filia Hinrici Somervelt, habet quartam partem in hereditate sui patris in Knepestrate sita. Item Alheydis Custodis habet in eadem hereditate quartam partem. Predicta eciam Greta tenetur eidem Alheydi Custodis 13½ m. Sed Greta iam dicta habet in debitis 27 m. Si predicta Alheydis illa debita extorserit et habuerit, tunc predictas 13½ m. defalcabit et residuum restituet antedicte Grete. Item quidquid Alheydis posuerit in murum, id Greta sibi solvere tenetur.

*693. Relicta Stocwisch et eius provisores statuerunt Thiderico de Domo vulgo dicto racione muri 12 m., de quibus singulis annis 1 m. percipiet in hereditate sua in Knepestrate.

*694. Wicbernus et mater sua statuerunt Johanni Holsten, filio Holsten, singulos et omnes redditus cum omni iure, quos habent in villa Lutzowe pro 90 m. 2 m. minus solvendis in proximo f. b. Martini; quas 90 m. 2 m. minus si tunc non solverint, tunc dicti red. cum omni iure manebunt perpetue eidem Johanni titulo iuste emptionis. Actum a. D. 1325 in octava. Na[ti]vitatis b. Marie virginis (*Sept. 15.*).

*695. Thi[dericus] Papenhaghen concessit Conrado Papenhaghen suam hereditatem lapideam angularem Ravensbergstraten. Hanc hereditatem predictus Conradus statuit Johanni Ruffo de Rostok et suis heredibus pro 30 m. puri argenti solvendis a proximo f. Cristi ulterius ad annum. Quod si tunc predictam hereditatem antedictus Conradus Papenhaghen non redimerit, extunc eadem hereditas manebit eiusdem Johannis Ruffi titulo iuste emptionis. Actum post Nicolai episcopi (*Dec. 6.*).

*696. Hermannus Thoringhus statuit Hinrico et Ludekino Langhen suam hereditatem sitam apud Lambertum de Rode pro 80 m. solvendis ad 4 annos, et si idem Thoringhus eam vendere voluerit, ipsis Hinrico et Ludeken prius exhibebit.

697. Tanken Helmslegher pertinet quarta pars hereditatis sui fratris Broderi Helmslegher in pl. Penesticorum apud Thidemannum Sanderi.

---

[a]) *Vorher der durchstrichene Eingang:* Kercebom habet in muro inter se. [b]) *vorher durchstrichen:* hereditate relicte Ludolfi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

698. Wicbernus Petri, Peter frater suus et mater eorum statuerunt Nicolao Vorkenbeke angulum suum seu ortonem totum situm ante Valvam Bodorum pro 100 m. puri argenti per 4 annos continuos, pro quibus singulis annis de dicto angulo percipiet red. 40 m. Hos red. in 4 terminis anni recipere debet. Potest eciam predictus Vorkenbeke predictum angulum pro predictis 100 m. puri [argenti] exponere, si habuerit necesse. Actum a. D. 1326 in f. pasche.

699. Jo[hannes] Wescel institor et Elizabet, uxor eius, statuerunt suam dimidiam bodam pro 80 m. Vulf institori per 6 annos continuos, que dimidia casa si ceciderit vel conbusta fuerit, predictus Vulf secundum numerum marcarum ad reedificacionem cooperabit. Actum a. D. 1326 in pascha.

700. Hin[ricus] Evece emit a Gerardo Lowen curiam suam, que quondam fuit Wicberni, de qua dabit predicto Ger[ardo] Lowen singulis annis 10 m. red., videlicet 5 m. in f. b. Martini, residuas 5 m. in f. pasche.

*701. Relicta Ludolfi Ghisonis emit a Mauricio fratre suo dimidiam hereditatem lapideam sitam in pl. Bodorum.

*702. Dominus Stoyslef statuit Gramelowen suam curiam in Borantes-haghen, sicut sita est, cum omnibus segitibus et rebus omnibus mobilibus et immobilibus pro 400 m. d. in f. b. Martini redimendis.[a]) Super defectum idem dominus Stoyslef fideiussit.

703. Hermannus Papenhaghen emit a dominis consulibus aream suam apud Novam Foveam sitam pro 5 m.

704. Ar[noldus], filius Mastrant, statuit Brot de Grimme suam hereditatem pro 30 m.

A. D. 1326 post pascha. *[f. 38 b*

*705. Jo[hannes] Sweder et uxor sua statuerunt suam hereditatem sitam apud Semelowedor Hinrico Badyseren pro 60 m. Terminus pasche.

*Item[b]) idem Hinricus Badyseren habet secundarie 40 m. in eadem.

*706. Leweke statuit domui S. Spiritus red. ½ laste annone, videlicet 16 modios siliginis, 16 modios ordeacei brasei et 16 modios avenatici brasei in molendino ante Vrankendor[c]) pro 67 m., quousque redimere potest. Terminus Michaelis.

707. Willekinus Salighe emit a consulibus dimidiam hereditatem lapideam, que fuit Johannis de Lubeke pellificis.

708. Albertus Hudekoper statuit Ludolfo Tholner suam hereditatem sitam in Longa platea pro 150 m.

Item[d]) pro 55 m. et sic 3 quartalia sibi sunt inpignerate.

709. Jo[hannes] Bleke et suus privignus statuerunt Gherrardo Brot suam hereditatem sitam in Papenstraten pro 30 m. Dies Martini.

*710. Hin[ricus] Eselsvot statuit Gherwino Semelowe suam hereditatem sitam in Longa platea pro 100 m. et 24 m. solvendis in Nativitate b. Marie virginis (*Sept. 8.*).

---

a) *folgt durchstrichen:* que curia. b) Item etc. *Nachtrag.* c) *Hds.:* Vrankendorp d) Item etc. *Nachtrag.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*711. Mauricius statuit Ghertrudi, filie Willekini de Grimme, suam hereditatem pro 50 m. a pascha ultra ad annum.

*712. Notandum, quod 20 m. red. in prima precaria Kummerowe, videlicet in 20 mansis, hoc est de manso 1 m.[a]) spectant ad Gherardum Lindowe, filium Hermanni Lindowe, et non ad Gherardum Ossenrey nec aliquem alium.

De ista[b]) precaria optinere debet Johannes Albus in Vran[ken]strate 10 m. anno quolibet.

*713. Jacobus Alreper statuit suam hereditatem Radekino Went et Hinrico Norweghen pro 90 m.

714. Gher[hardus] de Lubeke doliator statuit Arnoldo Linicide suam dimidiam hereditatem sitam in pl. Monachorum pro 30 m.

*715. Hinricus Esselsvot statuit suam hereditatem sitam [in] Longa platea Hinrico Wichmanni et filio Howescilt pro 150 m. a. f. Michaelis elapso ultra ad 2 annos.

*716. Nicolaus Mansun statuit Ertmaro, filio Woltdorp, quartam partem sue hereditatis, que fuit eiusdem Woltdorp, pro 75 m., pro quibus dabit singulis annis 7½ m., quousque voluerit solvere summam predictam.

*717. Hin[ricus] Badyseren emit a Everardo Hup suam hereditatem sitam in pl. Bodorum.

*718. Ruffus[c]) Lodewicus statuit Ertmaro, filio Ertmari Woltdorp, suam bodam, in qua Hachedorp moratur, pro 70 m. Dies a proxima[d]) ultra ad annum. Actum a. D. 1326 post Ephiphaniam Domini.

718a. Jacobus Cistifex statuit Conrado Fabro quartam partem hereditatis sue pro 20 m.

*719. Bardun Pellifex statuit Radekino Saytelevent suam hereditatem pro 20 m.

*720. Arnoldus, filius Mastrant, statuit Hinrico de Cippeken suam hereditatem sitam in Papenstrate pro 15 m.

*721. Ludolfus Witenhaghen statuit Conrado Vot et Bertrammo Suderman suam dimidiam hereditatem sitam in pl. Tribusez pro 16½ m. pro pignere executo. Dies Michaelis proximi. Idem Ludolfus satisfaciet pro defectu, si quis oritur in dicta hereditate.

722. Villekinus Rachvel habet 15 m. in hereditate Hermanni de Lunne racione muri.

Has[e]) 15 m. resignavit idem Rachvel Hermanno Holewekke.

723. Modersele statuit Frederico Elcingheborg suam bodam in Macellis pro 8 m. pro pignore executo. Dies Michaelis proximi.

724. Jo[hannes] Solekendorp statuit quartam partem sue hereditatis Nicolao Tobelen pro 24 m. pro pignere executo. Terminus b. Martini proximi.

A. D. 1327 circa Purificacionem b. Marie virginis. *[f. 39a*

725. Parvus Titmarus statuit suam hereditatem sitam in pl. Vrancorum Johanni Albo pro 30 m. per 2 annos pro pignere executo.

---

a) *Von* videlicet *bis* 1 m. *übergeschrieben.* b) De ista etc. *Nachtrag.* c) *Vorher der durchstrichene Eingang:* Ertmarus filius Woltdorp statuit. d) *Der Name des Festes fehlt.* e) Has etc. *Nachtrag.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Idem statuit Bernardo de Dorpen aliam hereditatem suam sitam apud Ketheler pro $21^1/_2$ m.

*726. Jo[hannes] Bullenclot statuit Gher[ardo] Opplegher suam hereditatem sitam apud Thi[dericum] Witten pro 50 m. Dies Michaelis.

*727. Lambertus de Roden emit a Hermanno . . .[a])

*728. Hin[ricus] Cruse statuit Hinrico Wichmanni quartam partem sue hereditatis lapidee site apud Forum pro 80 m. d. Dies Michaelis.

*729. Pelegrim sutor statuit Meynekino Bochaghen suam hereditatem pro 20 m. Dies Michaelis.

*730. Nicolaus Gherardi statuit suam hereditatem sitam in pl. Bodorum Hermanno et [Johanni] et eorum fratri dictis Travenemunde[b]) pro 100 m. d. a proxima pascha ultra ad 2 annos pro pignere executo, et si denarii peiorati fuerint, tunc pro hiis 100 m. dabit 25 m. puri argenti.

*731. Hanneman Holste statuit Borchardo suam hereditatem sitam in pl. Piscatorum pro $13^1/_2$ m. Dies Michaelis.

*732. Coradus de Dulmen dimisit Enghelkino genero suo dimidietatem hereditatis sue et omnium suorum bonorum; quilibet eorum debet uti illo, quod sibi hereditario iure cedere poterit in futurum.

*733. Make Scinkel statuit Gramelowe 2 dextrarios pro 200 m. 7 m. minus Sundensis monete solvendis in proximo f. pentecostes pro pignere executo. Super defectum horum denariorum statuit Hinricus Cruse[c]) eidem Gramelowen quartam partem sue hereditatis lapidee ut pro iustis debitis suis pro pignere executo. Idem eciam Cruse fideiussit super isto.

*734. Beneke Saytelevent statuit quartam partem hereditatis sue Johanni Wichmanni pro 82 m. d. a proximo f. b. Martini ultra ad unum annum.

735. Hin[ricus] Semelowe statuit Johanni Sayteleve[n]t dimidiam hereditatem suam in pl. Boden, in qua est libra. Item Gher[winus] Semelowe[d]) statuit eidem Jo[hanni] lapideam hereditatem suam, in qua moratur. Item Jacobus Parvi Petri statuit eidem [Johanni] Saytelevent dimidietatem sue hereditatis lapidee[d]); simul istas hereditates et indivisim pro 600 m. d. Sundens. solvendis dimidietatem in proximo f. b. Johannis baptiste expedite, residuam dimidietatem in f. b. Michaelis tunc proximo. Si G. primam dimidietatem non solverit in festo prefixo, tunc predictus Johannes Saytelevent potest licite vendere vel inpignerare ista pignera pro tota summa, videlicet pro 600 m. d.. Predicti eciam tres has hereditates libere debent resignare, quibus venduntur. Denarii debent esse ita boni sicut modo sunt; si vero denarii fabricati fuerint peiores, tunc pro 4 m. debent dare 1 m. argenti. Actum in tercia [feria] post Reminiscere *(März 10.)*. Dimidietas istius pecunie pertinet Thi[derico] de Domo vel de Summo.

* Gher[winus][e]) Semelowe solvit 100 m.

736. Her[mannus] Vretecowe emit a Grip suam hereditatem sitam in Knepestrate.

---

[a]) *unbeendet.* [b]) dictis T. *übergeschrieben.* [c]) *von* Hinricus Cruse *an durchstrichen.* [d]) *von* Gher[winus] Semelowe *bis* lapidee *durchstrichen.* [e]) *Nachtrag.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

737. Nicolaus Vorkenbeke emit a Wicberno Petri et fratre suo Petro et matre eorum domum angularem totam et, quidquid ad eandem domum pertinet, videlicet bode et omnia alia ad hanc spectantia, sitam apud Kanemaker in opposito Bodendor apud Jordanum Pistorem. Pro hac emptio[ne] fideiusserunt, quod dicitur towarende, per annum unum Bernardus de Dorpen et Nicolaus de Velin. Idem B. et Nicolaus fideiusserunt pro Petro predicto, quod est iunior annis, quod idem Petrus eandem hereditatem non debet inpetere nec iure spirituali nec seculari. Predicta eciam mater Wicberni cum Petro, filio suo, recepit predictum Wicbernum, filium suum, coram dominis consulibus in tutorem et provisorem et iusserunt hii tres Bernardum et Nicolaum predictos fideiubere predicta, quot reddere debent indempnes ab hac fideiussione.

*738. Bernardus de Dorpen obligatur predicto Petro, filio Petri Wicberni, in 100 m. d., quas sub se obtinebit, quousque predictus Petrus veniet ad annos discrecionis.

o739. Godeke Cultellifex statuit Taleken, filie Hermanni de Stabulo, suam bodam in Hokenstrate pro 20 m. d.

740[a]) Wicbernus Petri et Petrus frater eius fideiusserunt, quod nec ipsi nec heredes eorum quovismodo inpetere debent nec iure seculari nec iure spirituali Elizabet, relictam Nicolai Vorkenbeke, et heredes eiusdem Vorkenbeke in hereditate, que fuerat eorundem Wicberni et Petri, quam Nicolaus predictus emerat ab ipsis.

A. D. 1327. *[f. 39 b*

*741. Jo[hannes] Swarte statuit suam hereditatem sitam apud Hille de Rode Reynekino Doleatori pro 100 et 10 m. solvendis in proximo pascha expedite, et si idem Jo[hannes] moritur medio tempore, eius uxor et heredes vendere debent eandem hereditatem et solvere predicto Rynekino.

*742. Bernardus et Hinricus fratres dicti Sachtelevent statuerunt et obligaverunt Godekino Calebom, civi in Ghent, dimidietatem domus[b]) eorum site in Verstrate prope plateam, in qua morantur, sicut dicta dimidietas domus sita est, pro $13^1/_2$ libris grossorum Thuronensium, de quibus in f. b. Martini proximo solvere debent 5 libras grossorum et in f. pasche sequenti solvere debent 5 libras grossorum et residuas $3^1/_2$ libras grossorum solvere debent in f. pasche anni subsequentis.

743. Reymarus[c]) Wattenscede statuit Conrado Albo suam hereditatem sitam in pl. Tribuszes pro 30 m. Dies octava pentecostes. Quam si tunc non emerit, tunc manebit empcio eiusdem.

744. Albertus Perlement statuit domui S. Spiritus in Sundis suam hereditatem, quam edificavit super aream eiusdem domus, pro 200 m. d., pro quibus singulis annis dabit 20 m. d. et quamlibet marcam potest redimere pro 10 m. Sed non minus redimere debet quam 5 m. red., et si domus edificare voluerit, super eandem hereditatem et murum hoc licite facere potest. Sed si alicui venditur area domus S. Spiritus, ille, qui emit, aream non edificabit super murum nisi cum licencia Perlementi.

---

a) *Am unteren Rande nachgetragen; vgl. No. 737.* b) domus *über dem durchstrichenen* hereditatis. c) *vorher durchstrichen* Bernardus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*745. Hin[ricus] Cronevitze statuit Margarete, filie Thiderici Gosler, hereditatem suam, que fuit patris eiusdem Margarete, pro 50 m., de quibus debet nutrire puerum predictum et dare sibi necessaria, quousque perveniet ad annos discrecionis; tunc debet restituere predicto puero 50 m. predictas.

*746. Thi[dericus] de Clutze statuit Nicolao Rodehose suam hereditatem sitam in pl. Fabrorum pro 100 m. et 4 m. solvendis in proximo f. Nativitatis Cristi.

*747. Jo[hannes], dictus de Domo, statuit suam hereditatem sitam apud domum suam angularem apud Forum, sicut sita est cum curia lineatim, domino Johanni Crans sacerdoti pro 200 m. d. racione vicarie, pro quibus singulis annis dabit 20 m. red., scilicet in quolibet termino 5 m. Et quando idem Johannes de Domo reddere voluerit 200 m., tunc dicti red. erunt soluti.

*748. Sander statuit Arnoldo de Luneborg suam bodam pro $3^1/_2$ m. puri [argenti] solvendis in Epiphania Domini.

*749. Wolter Vetterogghe et eius uxor statuerunt Jo[hanni] Wren dimidietatem tocius sue hereditatis site in Semelowestrate pro 200 m. et 20 m. solvendis in proximo Carnisprivio ultra ad annum. Actum a. D. 1327 post Assumpcionem b. Marie (*Aug. 15.*).

*750. Arnoldus de Luneborg emit a Bernardo de Dorpen[a]) suam hereditatem sitam in pl. S. Spiritus pro 200 m. d. Sed infra hinc et Epiphaniam Domini potest idem Bernardus redimere eandem hereditatem pro pecunia memorata.

*751. Hermannus Albus ortulanus statuit filie Willekini de Grimme suam hereditatem ante valvam Tribusez, sicut sita est cum iugeribus et suis attinenciis, pro 50 m. a proximo pascha ulterius ad annum. Idem Her[mannus] fideiussit super defectum.

752. Fredericus Helcingheborg habet 30 m. red. singulis annis in f. b. Martini perpetue in agris et curia Cesdarch.

753. Pluncowe statuit suam dimidiam hereditatem sitam in Longa platea pro 60 m. Hermanno Albo, filio Bertoldi Albi, solvendis.

*754. Borchardus Somer statuit pueris domini Alberti Albi sacerdotis suas novas bodas sitas in Longa platea pro 30 m. d.

755. Albertus Hovener emit a Borchardo Somer red. 23 m. 8 sol. minus, quos habuit in theoloneo ex parte domini Nicolai Gripeswaldes. Actum a. D. 1324.

*756. Albertus Perlement statuit Alberto Rockut suam dimidiam hereditatem, suam lapideam, in qua moratur, pro 30 lastis salis Flamighorum solvendis in proximo f. pasche pro pignere executo. Idem eciam Albertus Perlement et sui heredes debent Alberto Rockut satisfacere de tota illa hereditate, si defectum fuerit in dimidia hereditate, et hanc hereditatem Albertus Rockut potest vendere cum omnibus suis attinenciis, ortis, agris et puteo, sicut est sita, quando suis denariis voluerit diucius carere.

A. D. 1327 ante f. b. Martini. [*f. 40 a*

*757. Gher[ardus] Ossenrey statuit Bernardo Hoppener suam hereditatem sitam apud hereditatem Hermanni Papenhaghen pro 85 m. solvendis in proximo f. Epiphanie Domini pro pignore executo.

---

a) de Dorpen *übergeschrieben.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*758. Tale, relicta Segheri, et eius pueri cum provisoribus eorum statuerunt Alberto Růckut dimidietatem de dimidietate eius hereditatis pro 100 m. site apud libram; qui volunt, possunt redimere.

759. Goswinus statuit suam hereditatem Reyncke cerdoni, Gher[ardo] Vorwolt, Nicolao de Rugia, Hin[rico] de Gosenitze, Pape, Stamer Ar[noldo], Hin[rico] Vrigenstene, Hin[rico] Jacobestorp et fratri Swanken pro 56 m. Dies Marti[ni].

*760. Thideke Pellifex statuit Bertolde de Holte suam dimidiam hereditatem sitam in Papenstrate pro 50 m. d. solvendis a proximo ultra ad 2 annos.

761. Relicta Brochusen statuit Jordano Voghen pro Jordano Papen suam hereditatem angularem cum angulo sitam in pl. Ravensberg pro 100 m. Dies festum b. Martini.

762. Thi[dericus] Papenhaghen statuit suam hereditatem lapideam sitam apud Novum Teatrum, sicut est sita, Hinrico Wichmanni pro 300 m. d. solvendis in proximo f. b. Martini episcopi, et si idem Thi[dericus] easdem 300 m. predicto Hinrico non solverit in predicto f b. Martini, tunc illa hereditas manebit vera empcio eiusdem Hinrici.

*763. Jacobus Parvi Petri statuit suam dimidiam hereditatem lapideam sitam in pl. Semelowe Godekino Wickeden pro 200 m. Dies a proximo f. b. Martini ultra ad 2 annos. Quod si tunc non redimerit, ipsa dimidia hereditas manebit legitima empcio eiusdem Godekini. Actum a. D. 1328 circa Purificacionem b. Marie.

*764. Vulsigh statuit Godekino de Wickeden dimidietatem de dimi[di]a sua hereditate sita in pl. S. Spiritus pro 46 m. Dies Michaelis.

Actum a. D. 1328 in Carnisprivio.

*765. Thi[dericus] Culpe statuit Hermanno, filio Albi Bertoldi, suam hereditatem sitam in pl. S. Spiritus pro 90 m.[a]) Dies Marti[ni] pro pignore executo.

Idem Culpe debet dimidietatem huius hereditatis Gherardo institori reddere solutum et indempnem.

766. Broder Friso statuit Johanni de Dorpen unum iuger situm apud S. Georrium pro 10[b]) m.

*767. Mauricius statuit suam hereditatem Conrado Lowe pro 50 m. pro pignere executo. Dies Michaelis.

*768. Pelegrim sutor statuit Reynero Cerdoni suam hereditatem pro 60 m. Dies Nativitatis Cristi.

*769. Thi[dericus] et Copeke Vogheler statuerunt Ludolfo Lutken, Thiderico Dene curiam eorum in Citterpennigheshaghen cum omnibus mobilibus et immobilibus pro 100 et 60 m. et pro dampuo eorundem denariorum. Dies Nativitatis Cristi.

*770. Jo[hannes] Manhaghen statuit Thiderico et Got [scalco] Manhaghen 3 partes de 5 partibus hereditatis sue pro 30 m. pro pignere executo. Dies pasche.

*771. Hin[ricus] Sellator statuit Meynekino Behave suam bodam sitam extra Semelowedor pro 40 m.. Terminus f. b. Martini proximi.

---

a) 90 *bis* Martini *durchstrichen und* 100 m. $7^1/_2$ m. *übergeschrieben.* b) 10 *auf Rasur.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

o772. . . . . . statuit . . . Hovener . . . dimidiam hereditatem, in qua moratur, pro 20 (?) . . . . . . . in proximo f. pasche solvendis pro pignere executo . . . . . . fideiussit[a]) super defectum cum heredibus suis.

*773. Titmarus Saytelevent statuit Conrado Albo quartam partem sue hereditatis site apud Johannem . . . . .[b]) pro pignere executo pro 54 m. Dies pentecostes. Actum a. D. 1328 sabbato Letare *(März 13.)*.

*774. Jo[hannes] Stenhus statuit Johanni Westerse suum molendinum venti dictum Bullenborgh pro pignere executo pro 38 m. Dies b. Martini proximi. A. D. 1328 sabbato Letare.

775. Gher[ardus] Vrigensten statuit Godekino Wikeden suam hereditatem sitam in Vrankenstraten pro 40 m. solvendis a proximo f. b. Johannis Baptiste ultra ad 2 annos.

A. D. 1328 Letare. [*f. 40 b*

*776. Gherwinus Storcowe[c]) emit a Leone cum consensu Johannis fratris sui coram dominis consulibus iugera agri sita in Bucowervelde pro 70 m. et tercia dimidia marca den. Idem Gherwinus Storcowe dedit eidem Leoni graciam et licenciam reemendi predicta iugera sibi vel suis pueris in f. b. Michaelis ultra ad 2 annos pro denariis supradictis ita, quod denarii sint tam boni, quod marca puri [argenti] valeat 4 m. et 2 sol., et si Leo reemerit predicta iugera, nichilominus Gherwinus habere debet in dictis iugeribus semen 3 annorum.

*777. Reyfridus statuit Jordano Voghe suam hereditatem pro 80 m. per 3 annos a. proxima pascha. Actum anno, quo supra, in bona V feria *(März 31.)*.

*778. Thi[dericus] Clutze statuit Ni[colao] Rodehose iuniori suam hereditatem sitam apud Ar[noldum] Vot pro 50 m. solvendis in f. b. Michaelis proximo. Quam si tunc non redimerit, manebit iusta empcio eiusdem Nicolai.

*779. Norweghen statuit Johanni Monster et uxori sue Elizabet suam dimidiam bodam[d]) pro 30 m. a pascha ultra per 3 annos pro pignere exequuto. Actum a. D. 1328 post f. Palmarum.

780. Cuter de Robele statuit Hermanno Brasche in sua hereditate illud, quod est residuum, de 40 m. inpigneratis pueris Poswalc. Item eidem Hermanno statuit omnia vasa braxalia pro 100 m. d.

*781. Jo[hannes] Cracowe statuit Meynekine Bohaene suam hereditatem sitam apud Novum Forum pro 70 m. a pasca ultra ad 2 annos persolvendis.

782. Hinricus Oldenhaghen statuit Jo[hanni] Hoveman suam hereditatem sitam in Papenstraten pro 26 m. Dies Michaelis.

*783. A. D. 1328 in f. pasche statuerunt domini consules Jacobo Stubbecoping et Jo[hanni] Wulf institoribus et eorum heredibus 30 m. red. singulis annis percipiendos ex bodis Nicolai Dane, Crane et Gherardi Tece; et si in hiis bodis aliquis defectus fuerit, ille defectus supplebitur ex parte civitatis, et quod super fuerit, camerarii tollere debent; et quando domini consules ipsis restituent 300 m. d., tunc predicti 30 m. red. civitati erunt soluti.

---

a) fideiussit etc. *Nachtrag am Rande.* b) *Rasur.* c) Storcowe *übergeschrieben; im Text durchstrichen:* Semelowe. d) *vorher geht durchstrichen:* hereditatem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

784. Herman Bokelman emit a Hermanno Vulf dimidium molendinum venti situm apud Spittalesdor.

785. Thitmarus Saytelevent statuit Sophie, puelle privingne Wokenstede,[a]) filie Johannis Woltdorp, quartam partem sue hereditatis pro 50 m. d. Dies b. Martini proximi.

*786. Lenceman statuit Jo[hanni] de Dorpen dimidietatem de dimidietate sue hereditatis pro 100 m. Dies pentecostes ultra ad annum. Actum a. D. 1328 dominica Misericordias Domini *(April 17.)*.

787. Relicta Hinrici Semelowe, eius provisores et eorum puerorum et privigni provisores statuerunt Johanni Raceborg dimidiam stupam sitam inter valvam Semelowe et Bodorum pro 100 et 40 m. d. pro pignere exequuto in proximo f. pasche persolvendis. Si defectus fuerit in hoc pignere, illum predicti supplebunt. Actum a. D. 1328 in octava penthecostes *(Mai 29.)*.

788. Relicta Hinrici Semelowe et eius provisores, Conradus, filius Hinrici Semelowe, et eius provisores, sc. Martinus Wokenstede et Brendeke Tribusez, statuerunt Gherwino Semelowe hereditatem seu curiam sitam apud Plotzen pro $71^1/_2$ m. Dies Nativitatis Cristi. Actum in octava apostolorum Petri et Pauli beatorum *(Juli 6.)*.

*789. Thi[dericus] Luscus statuit Herman Albo, genero suo, suam hereditatem sitam ante Knepesdor, sicut sita est, pro 150 m. racione dotalicii; pro quibus idem Hermannus singulis annis recipiet 15 m. red., quousque predictus Thi[dericus] Luscus restituet summam denariorum predictam.

790. Gherardus Ossenrey statuit Ricberno Sculowe suam hereditatem, sc. dimidiam hereditatem sitam apud Hin[ricum] Lepelowe, pro propriis debitis[b]) pro 60 m. Dies pentecostes. Actum in octava apostolorum Petri et Pauli.

A. D. 1328 post f. bb. Petri et Pauli apostolorum *(Juni 29.)*. [*f. 41a*

*791. Johannes de Grimme statuit Thi[derico] de Beke eandem terciam partem hereditatis, quam habet in hereditate, que fuit quondam Semelowen, pro 40 m. Dies Nativitatis Cristi. Ipse eciam fideiussit super defectum.

*792. Jo[hannes] Temese statuit suam dimidiam bodam sitam inter Longam Valvam et Valvam Vrancorum Nicolao Tobele pro 5 m. pro pignere executo solvendis ad 4 septimanas post f. b. Michaelis. Actum post pascha.

793. Echardus Vulveshaghen et eius filius resignaverunt Westerso 70 m. apud Borchardum Atgeri et Thi[dericum] Dorpen primum tollendas de 200 m., in quibus iidem ipsis Vulveshaghen et suo filio obligantur. Predicti eciam debent iuvare eundem Westerso ad dictos denarios repetendos.

794. Pueri Wicboldi et eorum provisores statuerunt pueris Lutberti Riben octavam partem sue hereditatis site in pl. S. Spiritus pro 30 m.

795. Nicolaus Polonus statuit suam hereditatem sitam in pl. S. Spiritus relicte Hinrici Super et suis pueris pro 30 m. solvendis a proximo f. b. Johannis Bapthiste ultra ad annum. Actum a. D. 1328 in Divisione bb. Apostolorum *(Juli 15.)*.

796. Hin[ricus] Pelegrim dedit suis 3 pueris Hebelen, Johanni et Peregrino 250 m. et 20 m. d., pro quibus ipsis statuit suam hereditatem sitam in pl. Vrancorum.

---

a) privingne W. *übergeschrieben.* b) pro p. d. *nachgetragen.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*797. Titmarus Saytelevent statuit suam dimidiam hereditatem sitam [apud][a]) Johannem Holsten Conrado Albo pro 60½ m. pro pignere executo. Dies b. Michaelis. Actum post Jacobi Apostoli (*Juli 25.*). De hiis tollet Godeke Lentzan 7 m.

*798. Bernardus de Dorpen vendidit suam hereditatem sitam in pl. S. Spiritus Arnoldo de Luneborg pro 100 m. et 10 m. d. Item eandem hereditatem vendidit Johanni de Osene pro 100 m. et 10 m. d. Sed Bernardus de Dorpen et sui heredes possunt eandem hereditatem reemere pro eadem pecunia infra hinc et Epiphaniam Domini.

799. Trorenicht statuit dimidiam hereditatem suam sitam in pl. Monachorum Wendelen et Elizabet pro 25 m. solvendis a proximo f. b. Michaelis ultra ad annum, et si tunc non redimerit, manebit dicta dimidietas earum empcio legitima; sed medio tempore Trorenicht eandem vendere potest.

*800. Godeke Tecchelin statuit dimidiam[b]) suam hereditatem Thi[derico] Albo, filio Bertoldi Albi, pro 200 m. solvendis a proximo f. b. Michaelis ultra ad 3 annos.

801. Rotgherus statuit Hermanno et Greten, pueris Bernardi Anevelt, suam dimidiam hereditatem sitam in pl. Vrancorum pro 50 m.

*802. Hin[ricus] Rodehose statuit Hermanno Travenemunde suam hereditatem lapideam sitam apud Forum pro 200 m. et 22 m. solvendis in f. Nativitatis Cristi. Super defectum fideiussit idem Hin[ricus] et cum suis heredibus satisfacere debet; et si medio tempore eandem hereditatem vendere voluerit, aliam suam hereditatem, que fuit Ysaak, sicut sita est, in locum alterius hereditatis ponet cum conditionibus prenotatis.

803. Role de Warp statuit Johanni Vot suam dimidiam hereditatem lapideam sitam in platea Longa pro 60 m. solvendis in proximo f. b. Martini pro pignere executo. Idem Role et Hin[ricus] de Sundis sutor fi[deiusserunt] super defectum.

*804. Gherardus Knop statuit Papen institori dimidiam bodam suam pro 50 m. d. a f. b. Michaelis ultra ad 2 annos. Actum a. D. 1328 ante Michaelis.

*805. Detmarus Sachtelevent statuit Hermanno de Brema et eius privigne Ave dicte suam dimidiam hereditatem, que pertinebat Ceduar pro 60 m.

806. Ghesa, relicta Husarmen, dimisit de consensu provisorum suorum filie sue Katherine moniali in Verchen 4 m. red. in quarta parte hereditatis site apud Johannem Vesterso ad tempora vite sue ita, quod ipsa Katherina defuncta dicti redditus ad pueros filie eiusdem Ghesen, videlicet uxoris Hin[rici] Trorenich, devolventur.

A. D. 1328 post Michaelis. [*f. 41b*

*807. Ber[nardus] Saytelewent statuit Lippoldo suam heriditatem dimidiam, in qua moratur, sicut protenditur usque ad domum annone, pro 12 sol. grossorum et pro dampno, si quid sustinuerit, solvendis in proximo f. Purificacionis virginis Marie. Idem Bernardus conpromisit cum pignere et idem pignus habet idem Lippoldus pro pignere executo.

---

a) apud, iuxta *oder* contra *zu ergänzen.* b) dimid. *auf Rasur.*

*808. Hermannus Sculowe statuit Vrowino Leonis suam hereditatem sitam in Knepestrate, in qua moratur Vicko Borwert[a]), pro 50 m. solvendis a f. Cristi ultra ad annum.

* Item Wolterus Pelegrim statuit eidem Vrowino suam dimidiam [hereditatem] sitam in pl. Vrancorum pro 50 m. solvendis in proximo f. b. Michaelis ultra ad 2 annos.

* Item Jo[hannes] de Grimme statuit eidem Vrowino terciam partem [hereditatis] sue site in pl. Frankorum pro 50 m. solvendis a proximo f. b. Michaelis ultra ad 2 annos.

*809. Reymarus Ruffus et mater uxoris sue statuerunt Johanni Scekken dimidietatem sue hereditatis lapidee site in pl. Vrancorum pro 100 m. solvendis in proximo f. b. Martini ultra ad 3 annos pro pignere exequuto.

810. Jo[hannes] de Campe statuit Hilbrando Bosen fabricam suam apud S. Jacobum cum 2 bodis et 2 iugeribus pro 75 m.; quas reddimere potest, cum vult.

811. Henneke Bare statuit Wedekino quartam partem, quam habet in domo Backen piscatoris in pl. Piscatoris, pro 8 last et 2 tunnis alecium[b]) pro pignere executo. Terminus pasche.

812. Albertus Cregehane resignavit Johanni, patrueli Wichmanni, hereditatem, que fuit Alberti de Sulta sutoris, pro 20 m. tali condicione, si idem Albertus de Sulta infra annum redierit, tunc postest idem Albertus redimere eandem hereditatem pro 20 m.; quam si tunc non redimerit, tunc manebit eadem hereditas vera empcio eiusdem Johannis Wichmanni. Actum post f. b. Martini eiusdem anni.

*813. Hermannus Dartzowe statuit Gherwino Storcowe suam hereditatem sitam in pl. Clericorum pro 80 m.

814. Bernardus de Dorpen statuit Conrado Albo 17 m. red. singulis annis pro 45 m. puri argenti in theoloneo,[c]) quousque 45 m. puri [argenti] restituat; et si in f. b. Johannis Bapthiste easdem 45 m. puri [argenti] restituet, tunc in f. b. Martini recipiet cum suis heredibus 17 m. redditus. Actum a. supradicto in vigilia vigilie Cristi.

815. Dominus Johannes, miles de Puddepusch, statuit Wageken cum consensu Hermanni Papenhaghen 2 partes hereditatis, que fuit Hermanni in Ravensbergstraten pro 100 m. d. pro pignere executo. Dies octava Purificacionis b. Marie virginis. Et si predictus Johannes miles ante predictum terminum non solverit Wageken 100 m. iam dictas, tunc post predictum terminum Wageke potest vendere easdem 2 partes hereditatis, et si venderit minus quam pro 100 m., est dampnum predicti domini Johannis, et si magis quam 100 m. solverit, est pro predicto domino Jo[hanne].

*816. Gramelowe statuit pueris Conradi Travenemunde quartam partem sue hereditatis pro 100 m.

*Hin[ricus] de Linghe statuit eisdem pueris quartam partem sue here[di]tatis pro 50 m. solvendis a f. Cristi ultra ad annum. Actum a. D. 1328 ante Thome beati apostoli (*Dec. 21.*).

---

a) *oder* Brotwert?. b) alecium *nachgetragen.* c) in theoloneo *am Ende nachgetragen und hierher verwiesen.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A. D. 1329 in die b. Prisce virginis (*Jan. 18.*). [*f. 42 a*

—817. Gherardus Kanemaker emit a Hermanno[a]) Vretecowe suam hereditatem sitam in Knepestrate cum suis attinentiis.

*818. Bernardus Saytelevent statuit Johanni Wichmanni ex parte Hinrici fratris sui sextam partem sue hereditatis lapidee pro 50 m. solvendis in proximo f. b. Michaelis.

*819. Jo[hannes] Temese statuit Hinrico Keding dimidietatem de dimidietate . . .[b])

*820. Cristianus Cultellifex concescit[c]) Wesent suam hereditatem lapideam sitam in Hokenstraten; hanc hereditatem idem Wesent statuit eandem hereditatem Thiderico Albo, filio Bertoldi Albi, pro 100 m. et 25 m. solvendis in proximo f. b. Martini. Idem Wesent et predictus Cristianus Cultellifex supplent defectum.

—821. Deghenhart statuit Hermanno Albo, filio Bertoldi Albi, suam hereditatem, que fuit Conradi Rederi, pro 70 m. Dies b. Martini.

822. Gherardus Wyneghe statuit Tilzeken, filie Thiderici Cerdonis, suam hereditatem sitam in Lobeshaghen pro 13 m. d.

—823. Hin[ricus] Elselsvot statuit suam hereditatem lapideam angularem in Longa pl. Thidekino Waygeken pro 200 m. d. solvendis in proximo f. b. Nicolai pro pignore executo.

824. Jo[hannes], filius Johannis Carpentarii, cum consensu sui patris[d]) statuit suam dimidiam hereditatem sitam apud Novum Forum Johanni Kedinghehaghen p. 27 m. solvendis a proxima[e]) ultra ad annum.

—825. Johannes Haversak statuit Tidekino Meyenberch hereditatem suam sitam in platea Clericorum pro pignore exsequuto pro 42 m. solvendis per quindenam post f. b. Jacobi nunc venturum.

826. Vrowinus statuit Hinrico Kůsvelt dimidiam heredidatem suam sitam in pl. S. Spiritus, que fuit Adolphi, pro 50 m. d. solvendis a proxima pascha ultra ad annum.

827. Grope statuit Thiderico, filio Albi Bertoldi, quartam partem sue hereditatis site in Longa pl. pro 15 m.

828. Egbertus et Hermannus fratres de Arnesse dimiserunt Ricquinum Sculowe solutum ab omni impeticione bonorum Walburgis Institricis; ipsi fratres etiam dixerunt, quod sint propinquiores heredes eiusdem Walburgis.

829. Thi[dericus] de Vreden statuit Petro de Beke suam hereditatem sitam in Arta platea apud S. Jacobum pro $22^1/_2$ m.

—830. Thi[dericus] Scutte statuit Alb[ert]o Rockut suam bodam pro $22^1/_2$ m. pro pignore executo; dies Michaelis.

831. Hin[ricus] Malechin statuit quartam partem sue hereditatis Ghertrudi filie Willekini de Grimme pro 20 m. et fideiussit personaliter super defectum.

---

a) Hermanno *im Text doppelt.* b) *unbeendet.* c) *Vorher* sta[tuit] *durchstrichen.* d) *Hds.:* sui patris sui. e) *Der Name des Festes fehlt.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

—832. Henneke Reynekenh[agen] statuit eidem Gertrudi suam quartam partem hereditatis site in pl. S. Spiritus pro 30 m. et fideiussit personaliter super defectum.

833. Titmarus Saytelevent statuit suam dimidiam hereditatem Walekendorp pro 50 m. solvendis in proximo f. b. Martini pro pignore executo.

*834. Thi[dericus] de A statuit Johanni, civi de Somershavene, dimidietatem sue hereditatis site in Bodenstrate pro 200 m. et 20 m. sundensium den. solvendis a proxima pascha ultra ad duos [annos]; que si tunc redempta non fuerit, manebit emptio legitima eiusdem Johannis. Actum anno D. 1329 post pascha.

835. Uxor Prutze presentibus et consencientibus Johanni Crans et Segefrido statuit Thiderico, filio Bertoldi Albi, suam hereditatem sitam in Pumpstraten cum uno iugere pro 22 m. solvendis in proximo f. pasche pro pignore executo.

*836. Jo[hannes] Wulflammi statuit Martino, filio Wokenstede, quartam partem sue hereditatis site in angulo pro 30 m. solvendis in f. proximo b. Martini pro pignore executo.

A. D. 1329 post Nativitatem b. Johannis Baptiste. [*f. 42b*

—837. Jacobus de Cippeken statuit Lubberto Riben suam dimidiam hereditatem sitam in Vrankenstrate pro 60 m. pro pingnore exsequuto; terminus a proximo f. b. Michaelis ulterius ad[a]) duos annos.

838. Hinricus de Jorke statuit Gherardo Langendorp molendinum suum venti situm in Sinnekend cum colliculo dicto wal, aggere dicto dam, et aliis attinentiis suis pro 75 m.

839. Dominus Hinricus plebanus in Saale statuit omnia bona sua mobilia et immobilia, quibuscunque censeantur nominibus, domino Gherardo sacerdoti avunculo suo pro 150 m. d. Item Johanni de Dorpen pro 50 m. d. Si vero predictus domnus Gherardus morte preventus fuerit ante persolutionem dicte summe, tunc eadem bona ad dictum dominum Hinricum devolventur; idem etiam dominus Gherardus[b]) constituit et elegit in suos provisores Bernardum et Johannem dictos de Dorpen et Johannem Roden de Rostok.

—840. Hermannus Godowe statuit quartam partem sue hereditatis Nicolao[c]) Cutellifici pro 30 m. a proximo [f.] b. Jacobi ultra per duos annos; Hermannus predictus satisfaciet pro collecta.

—841. Ruffus Hermannus statuit filie sue Tilsen tres partes sue hereditatis pro 83 [m.] exponendis, cum ipsa Tilse fuerit desponsata.

842. Yda statuit Conrado Albo suam bodam pro 18 m. pro pignore executo solvendis in [f.] b. Martini proximo.

—843. Seghevridus,[d]) provisor sue sororis, uxoris Prutzen, statuit ex parte eiusdem sororis sue Willekino Salighen 2 m. red. in bodis suis sitis in Pumperstrate, videlicet in quolibet termino[e]) 8 sol. pro 20 m., quousque redimere potest.

844. Bleke Godeke de Trepetowe et eius socius statuerunt Gherwino Storcowe suam liburnam pro 120 m. solvendis in proximo [f.] b. Martini; actum in crastino ad Vincula b. Petri (*Aug. 2.*) pro pignore executo.

---

a) *Hds.:* annum *durchstrichen,* duos annos *übergeschrieben.* b) *Hds.:* Hinricus *durchstrichen,* Gherardus *übergeschrieben.* c) *Hds.:* Nicolai. d) et *radiert.* e) *Hds.* termino termino.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*845. Willekinus de Bart statuit suis fratribus Cristiano et Frederico quartam partem sue bode site inter valvam Boda[ru]m et S. Spiritus pro 20 m.

*846. Willekinus de Bart statuit tertiam partem sue bode, que quondam fuit Timmonis Reper, Reynero Cerdoni pro 27 m. minus 5 sol.; quam si predictus Willekinus non redimerit infra hinc et proximum f. b. Jacobi ultra ad annum, tunc erit legitima emptio predicti Reynekini. Actum anno domini 1329 ante Laurentii feria sexta (*Aug. 4.*).

*847. Thidericus de A statuit Thiderico Velin suam dimidiam hereditatem sitam in Knepestrate pro 116 m. solvendis in proximo f. Purificationis b. Marie; quam si tunc non redimerit, manebit eiusdem Ti[derici] Velin emptio legitima.

—848. Bullenclot statuit Woltero Cerdoni quartam partem sue hereditatis pro 10 m. solvendis ab Assumpcione b. Marie ultra ad annum.

*849. Bullenclot statuit Hermanno Stenhagen suam dimidiam hereditatem pro 36½ m. pro pignore exsequuto; dies festo Martini.

—850. Bullenclot statuit Martino Gincst quartam partem sue hereditatis pro 12 m. solvendis in proximo f. b. Michaelis.

—851. Hinricus Oldenhaghen statuit suam dimidiam hereditatem sitam in Papenstrate Arnoldo privigno Sanderi de Waghe, pro 33 m. solvendis a f. b. Michaelis ulterius ad annum.

*852. Hermannus Stenhaghen concessit Hinrico Stenhaghen quartam partem sue hereditatis in pl. S. Spiritus, in qua moratur. Jordanus Voghe fideiussit eundem Hermannum Stenhaghen reddere indempnem de hac concessione infra duos annos. Idem Hinricus Stenhaghen statuit eandem quartam partem hereditatis cum sua dimidia hereditate sita in angulo apud Martinum Gincst Symoni, previgno suo, pro 200 m. d. et satisfacere debet pro defectu. Actum circa f. b. Jacobi anno predicto (*Juli 25.*).

A. D. 1329 in Nativitate b. Marie virginis (*Sept. 8.*). [*f. 43 a*

*853. Villani ville Tevin obligantur Hinrico notario Moltsan ratione decime episcopali[s] in 17 talentis den. minus 5 sol. solvendis in proximo f. b. Michaelis vel cui idem Hinricus obligatus fuerit vel ubi emerit. Hinricus eciam debet ipsis villanis si quas poterit ampliores et si iidem non solverint, ut est premissum, detunc L*e*o ipsos ad manus predicti Hinrici impign[er]abit.

*854. Bernardus Saytelevent statuit Jordano Voghen tria quartalia sue hereditatis pro 250 m. solvendis a proximo f. b. Michaelis ultra ad duos annos; et si idem Bernardus hereditatem predictam medio tempore vendere voluerit, sicut alius eam habere poterit, sic idem Jordanus eam obtinebit; si autem Bernardus in dicto termino hereditatem non reemerit, detunc dicta hereditas manebit iusta emptio eiusdem Jordani.

855. Hin[ricus] Tortator statuit Hin[rico] Walen suam hereditatem pro 24 m. minus 6 sol.; dimidietatem solvet in proximo f. b. Martini, residuam partem in f. Cristi.

856. Albertus Eleweren statuit Hinrico, filio Johannis Becker, duas partes sue hereditatis ita, quod tertia pars ipsius Alberti maneat pro 100 et 12 m. sine



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

querelis expedite persolvendis a proximo f. b. Michaelis archangeli ulterius ad annum. Ex [a]) hiis sunt 30 m. solute.

*857. Thidemannus de Clutse statuit suam hereditatem sitam apud Arnoldum Pedem Alberto Rockut ad manus Tiderici Horen de Rostok et suorum heredum [b]) pro 200 m. den. nostre monete solvendis in parato in proximo f. b. Martini episcopi; in qua hereditate si defectus fuerit, illum Thidericus de Clutse et sui heredes supplebunt. Scriptum anno predicto die b. Cecilie virginis (*Nov. 22.*).

—858. Tidemann Scutte statuit Alberto Rockut suam bodam pro 5½ m. puri argenti pro pignore exsequuto solvendis in proximo festo Nativitatis Cristi.

—859. Relicta Ludolfi Kösvelt et eius filius statuerunt Alberto Rockut dimidietatem sue hereditatis lapidee site in Knepestrate pro 100 m. [c]) solvendis in proximo festo b. Michaelis pro pignore executo.

860. Hermannus Brasche statuit Jordano Voghen duas curias humuli sitas aput Stenhof pro 60 m. solvendis in proximo festo b. Michaelis archangeli; quas si non redimerit, manebunt eiusdem Jordani titulo iuste emptionis.

861. Godeke Cultellifex statuit suam bodam sitam in platea Tribusez Raghuel pro 25 m. solvendis in proximo festo pentecostes.

862. Berner statuit Gherardo Leoni unum iuger agri pro 5 m. den.

863. Nicolaus Rodehose debet cedere hereditati Arnoldi Tribusez vel cuius illa hereditas fuerit in muro in superiori schrot, quando aliquis eorum super eundem murum voluerit edificare; et murus est eorum amborum et si in muro non fuerit scroth, tunc idem Rodehose scrot facere debet ibidem.

—864. Gherardus Ossenrey statuit Gherwino Storcowe suam hereditatem sitam apud Hermannum Papenhaghen pro 200 m. 5 m. minus solvendis in proximo pascha pro pignore exsequuto.

—865. Hereditas, que posita erat Ricboden, quatuor pueris Segheri posita est pro 70 m. solvendis in proximo festo b. Petri ad vincula pro pignore exsequuto.

—866. Bullenclot statuit Thiderico Albo quartam partem sue hereditatis pro 20 m. solvendis in proximo pascha pro pignore vendendo et cui vendiderit, Bullenclot resignabit. Item [d]) concessit dictus Thidemannus eidem Bullenclot 20 m. ad edificationem muri hereditatis supradicte; hec 20 m. et eidem Thidemanno cum alia omnia et primitiva debent exsolvi.

A. D. 1330 post Nativitatem Cristi. [*f. 43b*

*867. Hermannus Travenemunde statuit domino Hermanno Robelman sacerdoti quartam partem sue hereditatis site iuxta Forum pro 100 m. solvendis in proximo festo b. Martini pro pignore exsequuto.

—868. Eselesvot statuit Hermanno Albo, filio Bertoldi, hereditatem suam pro 100 m. et 45 m.

869. Deghenhart statuit eidem Hermanno suam hereditatem, que fuit quondam Conradi Rederi, pro 100 m.

870. Provisores S. Spiritus statuerunt pueris Hinrici Roden hereditatem Johannis Longi sitam apud antiquam domum S. Spiritus pro 90 m. solvendis a proximo festo Purificationis ulterius ad annum. Actum anno predicto ante Conversionem S. Pauli (*Jan. 25.*).

---

a) *Nachtrag.* b) et suorum heredum *übergeschrieben.* c) ‚m.' *übergeschrieben.* d) *Nachtrag.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

—871. Margareta relicta Kopas resignavit filio suo Nicolao 10 m., quas habuit in boda, in qua moratur Herbordus.

*872. Hinricus Tribusez et soror eius, relicta Bernardi Sachtelevent, statuerunt Scheggen sextam partem hereditatis eiusdem Bernardi pro 19 sol. grossorum Turonum; dies pasche; pro pignore exsequuto.

873. Inter Fratres [a]) Predicatores et Everardum Hup taliter exstitit placitatum, quod ipse Everardus Hup super humum curie dictorum monachorum murum unum suis custibus et expensis ponere debet et in eodem muro edificium quale voluerit potest edificare, cuius edificii aqua in curiam dictorum monachorum libere decurrere debet, ita tamen quod quando dictis monachis placuerit, possunt edificium unum ad dictum murum inclinare nicilominus eiusdem edificii aqua in predictorum monachorum curiam cadere debet. Si vero ipsi monachi edificium indigens aqueductu edificare voluerint, extunc tales aqueductus ponant in proprio eorum edificio et aqua tam ipsius Everardi quam eorum monachorum cadat seu decurrat in curiam Fratrum predictorum.

—874. Johannes Vulensik statuit Godekino de Wickeden suam dimidiam hereditatem sitam in platea S. Spiritus pro 51 m. Dies Michaelis.

875. Everardus statuit Hermanno Darsowe quartam partem ventimole site extra Knepesdor pro 18 m. solvendis proximo festo pentecostes.

876. Johannes Vidue statuit Alberto, filio domini Alberti Albi sacerdotis, curiam humuli sitam apud Kuterdor pro 30 m.

—877. Bullenclot statuit Hermanno Stenhagen dimidiam hereditatem suam pro 33 m. solvendis in proximo festo b. Jacobi pro pignore exsequuto.

878. Herman Brasche statuit Jordano Voghen curiam suam dictam Santhof pro 30 m. solvendis in proximo festo b. Martini; quam si tunc non redimerit, manebit emptio eiusdem Jordani.

879. Lambertus de Waghe statuit relicte Reyneri Cerdonis et suis pueris quartam partem sue bode site ante valvam S. Spiritus pro 50 m. solvendis a proxima pascha ulterius ad duos annos.

A. D. 1330 post Reminiscere (*März 4.*). [*f. 44a*

880. Wesent tenetur domui S. Spiritus 200 m. den. solvendas a proximo festo b. Johannis ulterius ad annum; quas si tunc non solverit, detunc domus predicta recipiet omnes excessus advocacie intra civitatem, quos defalcabit de summa principali exceptis excessibus quatuor solidorum, qui non defalcentur de summa principali.

881. Inter Hermannum Thoringum et Hinricum Somer, generum suum, taliter est placitatum, quod quandocumque de duabus hereditatibus suis unam vendiderit, cum illa pecunia debet libertare et solutum reddere totum angulum cum duabus bodis, que eidem Somer pertinent; et si una hereditas non sufficit ad libertandum, nichilominus idem Thoringus cum alia hereditate seu aliis bonis debet liberas reddere duas bodas predicti Somer.

882. Hermannus de Hoghedorp statuit privignis suis pueris Ludekini de Plenyn hereditatem suam sitam penes Fratres Maiores pro 40 m. den. solvendis

[a]) *Darunter radiert:* „Everardum".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a proximo pascha ad duos annos, ipse etiam H[ermannus] et sui heredes stabunt pro defectu.

—883. Nicolaus Niger statuit pueris Gherardi de Lunenborch suam dimidiam hereditatem sitam in Longa platea pro pignore exsequuto pro 40 m. solvendis a pascha ulterius ad annum.

—884. Slutowe statuit Brod de Grimme duas hereditates suas sitas in Pumperstrate pro 30 m. pro pignore exsequuto solvendis in proximo festo purificationis b. Marie.

—885. Hermannus Brasche statuit Meynekino Buchaghen suam hereditatem sitam apud Novum Forum pro 100 m. in festo Cristi, quas si non solverit, manebit hereditas predicta iusta emptio Meynekini.

—886. Conradus Voghe statuit Lippoldo et Tiloni fratribus dictis Doven suam hereditatem sitam in Bodenstrate, in qua moratur Mas de Campen, pro 14 libris grossorum Thuronum.

887. Wolterus Richenberg statuit uxori sue Margarete omnia bona sua intra et extra civitatem sita, quousque solutam faciat hereditatem eiusdem Margarete, quam idem Wolterus suo filio obligavit.

—888. Wolterus de Richenberg statuit filio suo Tidekino hereditatem suam sitam in Vrankenstraten pro 24 m. ratione bonorum hereditariorum sue matris defuncte.

*889. Bertoldus statuit Arnoldo dimidium ventimolum suum pro 20 m.

*890. Wesent obligatur Alberto Hovener et suis heredibus in 700 m. den. Sundensis monete solvendis in proximo pascha ultra ad annum; pro quibus sibi impigneravit advocaciam intra civitatem Stralessund condicione tali, quod si Wesent eidem Alberto et suis heredibus predictam pecuniam non solverit in termino iam dicto, detunc idem Hovener singulis annis de excessibus et proventibus predicte advocacie cum suis heredibus recipere debet 70 m. redditus, scilicet medietatem in festo b. Michaelis tunc sequenti et aliam dimidietatem in festo pasche, quos redditus si expedite idem Hovener et sui heredes habere non poterunt, tunc se intromittent de advocacia predicta, donec sibi satisfactum sit de principali summa et redditibus memoratis; domus tamen S. Spiritus omnes condiciones suas prius scriptas de supradicta advocacia obtinebit expedite ante predictum Albertum et suos heredes.

891. Johannes Bomscheter emit ab Arnoldo Sehaghen suam hereditatem sitam [a]) in Papenstraten.

*892. Relicta Ludolfi Kösvelt et eius filius statuerunt suam hereditatem lapideam sitam in Knepestraten pro 250 m. pro pignore executo solvendis in proximo festo b. Michaelis arghangeli Alberto Rockut.

— Relicta Kusvelt et Ludolfus eius filius statuerunt hereditatem suam lapideam sitam [b]) in Knepestrate pro 150 m. Alberto Rockut et suis heredibus pro pignore exsequuto solvendis in proximo festo b. Michaelis.

—893. Relicta Bruchusen et Plotse, eius provisor, in hac causa statuerunt Tiderico Albo, filio Albi Bertoldi, hereditatem suam sitam in Ravenbergerstrate

a) *Hds.:* suam. b) *Hds.:* sitam sitam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cum toto angulo, sicut sita est pro 100 m. solvendis a proximo festo Cristi ultra ad quattuor annos.

A. D. 1330 in Rogationibus (*Mai 13.*). [*f. 44b*

894. Egbertus Pistor statuit pueris Tiderici Longi dimidiam hereditatem suam pro 30 m. solvendis a proximo festo pentecostes ultra ad annum.

—895. Kůstersche statuit Johanni filio Marquardi quartam partem sue hereditatis site in Knepestrate pro 18 m., pro quibus eidem Johanni victum dabit, quamdiu hos denarios secum habet sine vestitu; et si defectus fuerit in illo quartali, tunc aliud quartale illum supplebit defectum.

896. Wesent statuit Hinrico Rodehosen dimidiam hereditatem suam, que fuit Creyenbiz, pro 105 m. solvendis in proximo festo b. Martini; pro defectu huius pecunie fideiusserunt Johannes de Heyde, Duseborch et Wesent predictus.

—897. Hinricus Rodehose statuit Talen, sorori sue, uxori Johannis de Demin, et eius pueris dimidiam hereditatem, que fuit Creyenbiz, pro 105 m. solvendis in proximo festo b. Martini.

898. Wesent statuit suam hereditatem sitam in Hokenstrate Hinrico Bremer pro 200 m. 8 m. minus solvendis in proximo festo beati [a]) Michaelis.

898a. Wesent statuit Seghefrido suam hereditatem sitam in Hokenstrate pro pignore pro quadam summa pecunie, quam hereditatem nulli alteri obligare potest.

899. Martinus Carnifex statuit Wesent dimidium ventimolum suum dictum Supersche pro 45 m. pro pignore exsequuto solvendis in proximo festo b. Michaelis; alia dimidietas eiusdem molendini supplebit defectum.

900. Petrus Vidue statuit Johanni de Dorpen horreum suum et unum iuger pro 22 m. solvendis in proximo festo [b]) Michaelis; idem Petrus fideiussit pro defectu.

*901. Katherina, monialis in Berghen, filia domini Hermanni Stenhagen, obtinebit et habebit temporibus vite sue singulis annis 11 m. redditus den. usualium in [c]) taberna trans passagium et 400 pullorum redditus in passagio predicto, puta in latere Ruyanorum, in festo b. Martini percipiendos. Si vero defectus pullorum fuerit in passagio iam dicto, illum defectum recipiet in villa Ludershagen; sed si in hiis omnibus defectus fuerit, hunc defectum supplere debet civitas integraliter et complete; item dictus Hermannus Stenhagen, quamdiu ipse [d]) vixerit, hos redditus libere possidebit; nam civitati pro his redditibus 250 m. numeravit et persolvit; dictis [e]) nichilominus duabus personis defunctis hii redditus pertinebunt et cedent civitati.

*902. Fredericus Elcingeborch statuit Hermanno, filio Bertoldi Albi, quartam partem sue hereditatis site in Semelowestrate pro 70 m. duabus m. minus solvendis in proximo festo b. Nicolai; quam si Fridericus illo tempore non redemerit, manebit emptio eiusdem Hermanni.

903. Hinricus de Lothen et Gotfridus fratres et eorum mater concordaverunt in hunc modum videlicet, quod Hinricus de Lothen debet obtinere [f]) cum suis

---

a) Martini *durchstrichen.* b) in proximo festo *übergeschrieben.* c) *Vor* Taberna *unterpunktiertes* „p“. d) „ipse“ *übergeschrieben.* e) „dictis etc.“ *Nachtrag.* f) *hinter* obtinere *unterpunktiert:* te.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

heredibus hereditatem, in qua moratur, sed idem Hinricus et sui heredes dabunt matri sue scilicet eiusdem Hinrici 10 m. redditus annuales ad tempora sue vite de dicta hereditate; ipsa vero defuncta dicti redditus extingwentur et eadem hereditas ipsius Hinrici et suorum heredum neque fratris sui neque alterius alicuius inperpetuum libera permanebit; item Gotfridus frater suus obtinebit cum suis heredibus [a]) eodem modo hereditatem, quam ipse inhabitat, at sue matri predicte 8 m. redditus ad tempora sue vite sub forma prescripta erogabit; item quamdiu fratres predicti et eorum heredes has hereditates obtinuerint, tamdiu permanebit de decursu aque et transitu porte, ut nunc est, ac aqua ambarum hereditatum per curiam ipsius Hinrici decurrat ipsaque [b]) porta eidem Gotfridi et suis apta esse debet ad pertranseundum, quotiens sibi necessarium fuerit et voluerit; cum vero aliqua domorum predictarum de manibus predictorum fratrum et [c]) suorum heredum alienata fuerit, extunc porta predicta obstrui debet et possessor cuiuslibet domus suam aquam per se custodibit; stupam in Lobushagen dicti fratres et eorum heredes obtinebunt.

—904. Hinricus de Sundis statuit pueris Alberti Muggenhol hereditatem suam sitam in Longa platea pro 50 m. den. solvendis a proximo festo b. Michaelis ad annum; actum in vigilia b. Johannis Baptiste anno predicto.

905. Johannes de Strande statuit pueris Alberti Muggenhol tertiam partem sue hereditatis site in platea S. Spiritus pro 50 m. solvendis a festo b. Michaelis proximo ulterius ad annum; actum die predicto.

A. D. 1330 post nativitatem b. Johannis. [*f. 45a*

906. Tidemannus de A statuit Johanni Stenwech quartam partem sue hereditatis pro 100 m. solvendis a proximo festo b. Michaelis ultra ad annum, quodsi non fecerit, extunc manebit iusta emtio eiusdem Johannis quarta pars supradicta.

*907. Ossenrey statuit Gherwino Storcowe hereditatem suam, in qua moratur, pro 200 m. 5 m. minus, de quibus idem Ossenrey solvere debet in proximo festo b. Michaelis 100 m. 5 m. minus [d]); quod si non fecerit, dicta hereditas manebit emptio eiusdem Gherwini; residuas 100 m. solvere debet in festo b. Michaelis anni subsequentis; quod si non fecerit, dicta hereditas manebit emtio eiusdem Gherwini et Gherwinus restituet eidem Ossenrey 100 m. 5 m. minus prius solutas.

—908. Jacobus Alrep statuit filie Hinrici Super dimidiam hereditatem suam sitam in platea Francorum pro 100 m. 5 m. minus solvendis a proximo festo nativitatis [e]) b. Johannis ultra ad annum; actum anno predicto crastino b. Petri et Pauli.

—909. Thidericus de Dorpen statuit Tiderico, filio Hinrici de Stargarde, hereditatem, que fuit Ludolfi de Melving, pro 90 m.

910. Ghesa, relicta Vickonis Besten, statuit [f]) suam hereditatem Reynekino Doleatori pro 100 m. per quatuor annos subsequentes; actum anno D. 1329 in octava b. Johannis Baptiste (*Juli 1.*).

---

[a]) „cum suis heredibus“ *übergeschrieben.* [b]) „ipsa — voluerit“ *Nachtrag.* [c]) „et suorum heredum“ *übergeschrieben* [d]) „5 m. minus“ *übergeschrieben.* [e]) „nativitatis“ *übergeschrieben.* [f]) *Vorher durchstrichen* „emit a Reyne“.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*911. Mater Johannis et Brendekini [a]) Tribusez [b]) et Ribo provisor eorum statuerunt pueris Johannis Westvali quartam partem hereditatis eorum site in Verstrate pro 60 m. den.; predictus Ribo fideiussit, quod Johannes et Brant id habere debent ratum atque gratum.

—912. Willekinus Salige dedit filio suo Nikolao dimidiam suam hereditatem lapideam, que fuit Johannis de Lubek; sed idem Johannes dare debet sue sorori 10 m. den. de hac hereditate, cum ipsa pervenerit legitimam ad etatem.

913. Ludeke Wittenhagen statuit Nicolao Stupenatori ut Kobbing apud suum horreum pro $4^1/_2$ m. et 18 den.

—914. Jacobus Alrep statuit Johanni Strus suam dimidiam hereditatem sitam in platea Francorum pro 75 m. den.

—915. Jacobus Parvi Petri statuit Tidemanno Albo suam hereditatem sitam apud Ceduer pro 100 m. den. solvendis in proximo festo b. Martini pro pignore exsequuto pro [c]) Arnoldo de Vitzen.

916. Lodewicus Ruffus statuit suam dimidiam hereditatem sitam in Bodenstrate, in qua moratur, Egberto Biscop et pueris Gherardi de Welten pro 120 m. den.

—917. Seghefridus statuit Wayekino suam hereditatem sitam in platea Penesticorum pro 115 m. solvendis in Nativitate Domini.

918. Wesent obligavit Hermanno Dartsowe dimidium ventimolum dictum Supersche [d]) Martini Carnificis pro 60 m. pro pignore exsequuto solvendis in proximo festo b. Michaelis; alia dimidietas eiusdem molendini supplebit defectum.

—919. Berner statuit Brod de Grimme suam dimidiam hereditatem sitam in Vilterstrate pro 16 m. solvendis in proximo festo b. Johannis pro pignore exsequuto.

—920. Tidemannus Albus habet 30 m. den. in hereditate angulari S. Spiritus, ubi quondam fuit capella, pro quibus annuatim in festo b. Johannis recipiet duo talenta, donec sibi diete 30 m. persolvantur.

921. Hinricus Rodehose statuit sorori sue Aleken de Demyn et suis pueris tres partes sue hereditatis lapidee pro 200 m. et $12^1/_2$ m.

—922. Ludeke Hudeman statuit Johanni Hudeman dimidiam hereditatem suam sitam in Papenstrate pro 47 m.

*923. Woldemarus statuit Tidemanno Albo consuli [e]) dimidietatem sue hereditatis site in platea Francorum pro 60 m. solvendis in proximo pascha; actum post Michaelis anno predicto.

924. Dominus Johannes Crans obligavit et dimisit Mauricio genero suo et suis heredibus 10 m. redditus in domo sua sita in platea Francorum, in qua pistor moratur, penes domum angularem in quatuor terminis anni videlicet in Nativitate Domini, pascha, festo b. Johannis et festo b. Michaelis annis singulis quolibet termino $2^1/_2$ m. redditus percipiendos expedite; in quibus redditibus, si defectus fuerit, pro illo dominus Johannes Crans et sui heredes satisfacere debent sed quando ipsis placuerit, possunt hos redditus redimere pro 100 m. den.; cum hiis condicionibus predictus dominus Johannes et Mauricius atque eorum heredes ex parte filii eiusdem domini Johannis defuncti et filie sue

a) *Im Text* „Benekini" *ausgestrichen.* b) „de consen" *ausgestrichen.* c) *Von* „pro" *an andere Hand.* d) „dictum Supersche" *übergeschrieben.* e) „consuli" *übergeschrieben.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uxoris predicti Mauricii sunt separati ita, quod dominus Johannes Mauricio in nullo penitus obligatur; scriptum in crastino b. Sewerini (*Oktbr. 24.*).

A. D. 1330 post festum b. Martini [a]). [*f. 45 b*

—925. Borchardus Bringhwat habet ratione dotis ex parte uxoris sue in hereditate Longi Nicolai sextam partem eiusdem hereditatis.

*926. Hinrici de Brakele et Nicolaus, privignus eius, filius Longi Nicolai, statuerunt relicte Reyneri Cerdonis et eius pueris, quos habet apud se indivisos, dimidiam hereditatem, quae fuit Longi Nicolai, pro 80 m. solvendis ultra ad quinque annos; predicti Hinricus et Nicolaus supplebunt defectum.

*927. Jacobus Parvi Petri et eius filia statuerunt Godekino de Wikeden quartam partem hereditatis sue lapidee site in Semelowestrate pro 50 m. solvendis in proximo festo b. Martini; idem etiam Godekinus dedit Jacobo indutias pro 200 m., pro quibus dimidietas hereditatis predicte posita est usque Martini reservatis tamen condicionibus scriptis in alio loco pro hiis 200 m.

—928. Relicta Wiberch statuit pueris Heydenrici de Semelowe hereditatem suam, in qua moratur, pro 50 m. solvendis a proximo festo b. Martini ultra ad annum.

—929. Petrus Lalendorp statuit suam dimidiam hereditatem sitam in platea S. Spiritus pro 35 m. solvendis in proximo festo b. Johannis baptiste.

930. Reymarus Wattenscede statuit Johanni de Dorpen suam hereditatem sitam in Blidenstrate pro 4 m. solvendis in proxima Nativitate Domini pro pignore exsequuto.

*931. Gherardus Ossenrey statuit Hermanno Dartsowe de consensu Hennekini filii sui hereditatem suam sitam inter Wayeken et Ludekinum Woke pro 6 lastis siliginis huius patrie solvendis in proximo festo b. Johannis Baptiste; quod si non fecerit, extunc dicta hereditas legitima emptio eiusdem Hermanni perpetue permanebit.

*932. Thidemannus de A statuit Johanni Comper hereditatem suam sitam in platea Bodorum pro 500 m. solvendis in festo Nativitatis Domini proximo pro pignore exsequuto ita tamen, quod Johannes Smit et Stenwech suam pecuniam in eadem hereditate obtinebunt principaliter, ut eisdem in isto eodem libro est prius asscriptum.

*933. Bernardus Sachtelevent statuit Godekino Calbom, civi in Ghent, hereditatem relicte domini Goldoghen sitam in platea Fabrorum in locum dimidie domus sue pro tanta pecunia talibusque condicionibus, sicut dicta dimidia domus eidem Godekino superius in hoc libro est asscriptum; ipse tamen Bernardus hanc hereditatem infra hinc et proximum festum b. Michaelis debebit indubie ab hac intitulatione disbrigare.

—934. Johannes de Gnoyen statuit Conrado Langensten quartam partem dimidie hereditatis sue site in Longa platea pro 7 m.

*935. Thidericus de Dorpen statuit Ermegardi, relicte Bernardi fratris sui, hereditatem, quam idem Bernardus edificavit, sitam in platea S. Spiritus pro

a) *Nachgetragen* „episcopi amen dico tibi hod" *als Schreibprobe.* b) „hereditatis" *übergeschrieben.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

250 m. den. solvendis infra [hoc] et proximum festum b. Martini episcopi pro pignore exsequuto.

936. Lubbeke statuit Nicolao Sevemaker bodam suam sitam in platea Clericorum pro 10 m.

—937. Pueri Hinrici Ruffi habent in angulari domo S. Spiritus, in qua libra est, 60 m. den.

A. D. 1331 post Invocavit *(Febr. 17.)*. [*f. 46 a*

938. Gherardus de Erken statuit Johanni Longo dimidiam hereditatem suam sitam in Longa platea pro 30 [a]) m. d. solvendis in proximo pascha ultra ad annum.

—939. Hermannus Brasche statuit Hermanno Rubenowen suam hereditatem sitam apud Novum Forum pro 130 m. [b]) solvendis a proximo natali Cristi ad annum; quam si tunc non reemerit idem Brasche, extunc dicta hereditas manebit emptio legitima eiusdem Rubenowe.

—940. Fredericus Elcingeborch statuit Godekino Lentsan quartam partem sue hereditatis site in Semelowestrate pro 70 m. solvendis in proximo natali Cristi.

*941. Grawe Johan statuit Hinrico de Cippeken quartam partem sue hereditatis pro 10 m.

—942. Herderus de Mordorp statuit Hinrico de Cippeken quartam partem sue hereditatis pro 10 m.

*943. Johannes de Mynden statuit Margareten, filie sue, suum quartale hereditatis, quod habet in domo Kannengeterschen, pro 250 m. den.; in quo si defectus fuerit, illum idem Johannes et Albertus de Welten complere promiserunt; cum vero dicta Margareta ad annos nubiles pervenerit seu desponsanda fuerit, extunc predictus Johannes Margarete unum par vestium de longo panno cum vario opere et supellectilia, sicut diligit filiam suam, erogabit, pro quo predicti coniuncta manu fideiusserunt.

—944. Johannes Papenhagen et magister Hermannus, filius eius, statuerunt suam hereditatem sitam in Ravensberghstrate Wernero Erst pro 20 m. puri [argenti] vel 80 m. den. secundum quod eidem Erst placuerit solvendis a proximo festo bb. Philippi et Jacobi apostulorum ultra ad duos annos; quod si tunc solutum non fuerit, tunc manebit emptio eiusdem Werneri.

945. Nicolaus Maltenhagen et uxor sua Alheydis statuerunt hereditatem suam sitam in Tribesezenstraten Thiderico et Bertoldo, pueris Bertoldi de Grimme, pro 40 m. solvendis ad quinque annos, id est transactis quinque annis.

—946. Titmarus Holste statuit eisdem pueris octavam partem sue hereditatis pro 40 m. solvendis ultra tres annos; Titmarus predictus supplebit defectum.

*947. Johannes de Hadelen statuit relicte Gherardi Parkentin suam dimidiam hereditatem sitam in Vrankenstrate pro octoginta [c]) m. a proximo pascha ultra ad duos annos; qui vero eorum ab altero medio tempore vult separari, intimet alteri circa annum; actum anno domini 1331 post pascha.

—948. Conradus Voghe statuit Johanni Smet de Somershaven suam dimidiam hereditatem sitam in Bodenstrate apud Wren pro 50 m. puri argenti solvendis

a) *Ueber dem durchstrichenen* 26. b) „CXXX" *durch Rasur aus* „CCXXX" *entstanden.* c) *Ueber dem ausgestrichenen* octingentis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in proximo pascha; quod si non fuerint solute, extunc idem Smet eandem hereditatem pro dicta pecunia exponere potest.

—949. Thidericus Papenhagen statuit pueris Conradi Travenemunde lapideam domum suam sitam apud cimiterium S. Jacobi pro 100 m. solvendis a proximo festo nativitatis b. Johannis ad tres annos.

950. Detmarus de Brema et mater eius, relicta Hartwici Scaprode, statuerunt, Morriano dimidium ventimolum pro 26 m., quod si in proximo pascha ultra ad annum non redemerint, manebit iusta emptio eiusdem Morriani.

—951. Henneke Manhagen statuit suam dimidiam hereditatem Gotscalco Manhagen pro 20 m. solvendis in proximo pascha ultra ad annum. Actum anno domini 1331 post pentecosten.

*952. Relicta Borneholm statuit Hinrico Walen dimidiam hereditatem suam lapideam pro 200 m. ratione dotalicii.

953. Murus, qui est inter Borch[ardum] Atgeri, pertinet sibi et Engelberto Dalevitze.

—954. Con[radus] Semelowe, provisor relicte Brochusen, statuit bodam eiusdem relicte sitam apud valvam Semelowe Reynekino Tevin pro 100 m. solvendis a proximo festo b. Johannis Baptiste ultra ad 2 annos; idem Conradus et Thiderikus de Beke fi[deiusserunt] super [de]fectum.

955. Hinricus de Loten cum suo socio statuit Thiderico Albo duas bodas in domo antiqui S. Spiritus pro 200 m. et 10 m. solvendis in pascha futuro.

A. D. 1331 post festum b. Johannis Baptiste. *[f. 46 b]*

—956. Provisores relicte Siffridi Parvi et suorum puerorum statuerunt Thiderico Albi Bertoldi dimidiam hereditatem suam sitam in Longa platea pro 40 m. den. pro pignore executo solvendis in proximo festo b. Martini.

—957. Lubbeke Richenberch statuit Hinrico de Cippeken dimidiam ventimolam suam sitam in Franckendam pro 14 m. solvendis in proximo festo b. Martini pro pignore exsequuto.

*958. Johannes Gronehove et Hinricus de Cippeken emerunt a pueris Gherardi Lunenborch et eorum provisoribus videlicet Hinrico Peregrin, Hinrico de Baart, Nicolao Tobel duas hereditates sitas apud Hoghenbachus.

*959. Hinricus de Cippeken et Johannes Gronehove statuerunt pueris Gherardi Lunenborch hereditates duas sitas apud Hoghenbachus pro 100 m. den. solvendis a proximo festo b. Michaelis ad tres annos; sed si in hiis hereditatibus defectus fuerit, illum Hinricus et Johannes predicti supplere debebunt.

960. Hermannus Albi Bertoldi habet in dimidia stupa Thiderici Straceborch quattuordecem [a]) marcarum redditus annis singulis perpetuis temporibus possidendos et primus erit in percipiendo redditus supradictos; idem etiam Hermannus nullas exspensas facere debet pro edificatione vel preparatione dicte stupe.

*961. Borchardus Atgheri et Hinricus Hundertmark obligantur Thiderico Albi Bertholdi in 100 m. den. in proximo festo b. Martini ultra ad tres annos continuos persolvendas, pro quibus ipsi videlicet Borchardus nomine suo pro

[a]) *über dem durchstrichenen* „duodecim".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quinquaginta marcis dimidiam bodam sitam apud Scheken et Hinricus Hundertmark nomine suo pro aliis quinquaginta marcis dimidiam hereditatem suam sitam in Longa platea, in qua Seyer moratur, statuerunt. In quibus si defectus fuerit, illum Borchardus et Hinricus predicti simul tenentur adimplere.

—962. Ossenrey statuit Hermanno Sculowe hereditatem suam sitam apud Hermannum Papenhagen pro 42 m. solvendis in proximo festo b. Martini pro pignore executo, sed Gherwinus Storcowe suam pecuniam prius tollere debet.

963. Leo dimisit Lippoldo genero suo 26 tremodios annone singulis annis tollendos in molendinis civitatis per 4 annos continue subsequentes. Actum anno predicto post festum Nativitatis b. Johannis Baptiste.

—964. Jacobus de Cippeken statuit Ludberto Riben suam dimidiam hereditatem pro 60 m. solvendis ad duos annos.

—965. Hinricus Norweghen statuit Sandero Braxatori hereditatem suam pro 30 m.

—966. Hinricus Stenhagen statuit Symoni privigno suo suam dimidiam hereditatem pro 100 m.; dimidietatem solve[t] in proximo b. Martini. 50 [a]) m. solvit.

967. Relicta Kusvelt statuit Jordano Voghen hereditatem suam sitam in Knepestrate pro 200 m. solvendis in proximo festo b. Michaelis archangeli. Actum anno domini 1331 post festum b. Michaelis.

—968. Symon Institor statuit Thidemanno de Beke duas bodas sitas apud Tangquardum Helmsleger pro 50 m. solvendis in proximo festo Nativitatis Domini.

*969. Heyno de Velin concescit suam dimidiam hereditatem sitam in platea S. Spiritus Hermanno et Darghemer de Jasmunt.

*970. Hermannus et Darghemer de Jasmunt statuerunt Johanni Kůsvelt dimidiam hereditatem predictam pro 90 m. minus 2 m. solvendis in proximo [f.] b. Martini. Anno d. 1331 post Elizabet.

971. Marquardus Gnewesmolen statuit Bertoldo, filio Bertoldi de Grimme, tres partes hereditatis sue site in platea Monachorum pro 70 [b]) m. solvendis in proximo pascha ultra ad duos annos.

—972. Hinricus Sconeweder statuit pueris Johannis Westval dimidiam hereditatem suam sitam in platea Francorum pro 60 m. solvendis in proximo Natali Domini ultra ad annum.

973. Simon et Cristianus, filius parvi Lodewici, statuerunt Thiderico Albo suam hereditatem cum angulo toto sitam in opposito Coppersleger [c]) pro 100 m. et 10 solvendis in proximo festo Cristi ad annum ulterius; actum a. d. 1331 circa Nicolai.

A. D. 1332 post Nativitatem Domini. *[f. 47 a*

974. Hermannus Bruno statuit filio Plantebusch bodam suam apud Semelowedoor pro 12 m. puri argenti.

975. Bertoldus Soltwedel statuit Hinrico Witten de Lubek suam hereditatem sicut sita est et aliam hereditatem suam sitam in Blidenstrate pro 70 m. solvendis in proximo festo b. Martini pro pignore exsequuto.

976. Ricquart, relicta Lendersh[agen], dimisit et resignavit pueris suis hereditatem, que fuit patris eorum, et sic est ipsa divisa de pueris.

---

a) *50 etc. Nachtrag.* b) *Hds.* LXXX, *letzte* X *radiert.* c) *Hds.:* Copperslerer.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

977. Gherardus Ossenrey statuit Hinrico Pauli suam hereditatem sitam apud fratres Minores, que fuit Gherwini Semelowen, et aliam [a]) hereditatem suam sitam apud Ludekinum Woken [a]) pro 200 m. et 30 m. et pro dampno novem annorum pro 130 m. secundum quod domini consules dixerint seu iudicaverint dampnum predictum.

978. Placitatum est ex parte domini custodis Fratrum Minorum et Gardianum ex parte filie Johannis de Rostok, monialis in Ribbenitze, quod post obitum matris predicti Johannis de Rostok si ave predicte monialis [b]) cedere debent 50 m. d. Sundensium claustro Ribbenitze expedite de bonis eiusdem. Item [c]) Johannes de Rostok predictus cum consensu et situ Alberti generi sui debet dare filie sue moniali predicte singulis annis 3 m. Sundensium den. ad tempora vite sue. Hereditas etiam predicti Johannis non debent nec impignorari, nisi prius dicta monialis sit certa de predictis 3 m. ad tempora vite sue.

—979. Johannes Straceborch statuit pueris Gherardi de Meppen, sororibus suis, dimidietatem hereditatis sue site apud Hogeman pro 50 m.

—980. Fredericus Elcingeborch statuit pueris Reyneri Gherwer quartam partem hereditatis sue site in Semelowestrate pro 70 m. solvendis in proximo pascha ultra ad annum.

*981. Hermannus Ruffus statuit duas partes sue hereditatis site in Hokenstrate [d]) pueris Gherardi de Lunenborch, pro 50 m. den. solvendis in proximo festo b. Michaelis ultra ad duos annos et sciendum, quod hee 50 m. pertinent Hennekino et Gherardo tantum modo, quod tertio fratri suo videlicet Hermanno pro parte sua est integraliter satisfactum.

982. Relicta Gropen statuit Tidemanno Albi Bertoldi quartam partem sue heriditatis in Longa platea pro 28 m.

*983. Tidericus Luscus concessit Johanni Wesent 12 m. redditus in teloneo civitatis, quos redditus idem Johannes Wesent Hennekino, filio Hinrici Nigri, pro 120 m. den. obligavit solvendis a proximo pascha ad duos annos, quos redditus dictus Hennekinus percipere debet expedite, quibus duobus annis circumvolutis idem Wesent dictas [e]) 120 m. persolvere debet cum redditibus illius anni expedite, pro quo Tidericus Luscus, Jacobus frater suus et Hermannus Albus coniuncta manu promiserunt.

984. Relicta Nicolai Dani et Johannes filius eius dederunt et resignaverunt Margarete, uxori Hermanni de Hassia, dimidietatem hereditatis, que fuit predicti Dani site in Semelowenstraten; sed tota hereditas tenetur solvere Ghertrudi, filie Hermanni Westvali, 100 m. 15 m.

985. Hermannus Holewecke et Hinricus Pomeren emerunt a Woldemaro et suis privignis suam hereditatem sitam in Vrankenstraten; in eadem hereditate habet Thidericus Albus 60 m. solvendas in proximo pascha.

986. Johannes Blomenberch statuit Marquardo Stupenatori domum suam angularem sitam in platea Clericorum pro 50 m. ad sex annos. Actum post pascha.

—987. Relicta Johannis de Dulmen statuit Laurentio, filio Rockut, suam

a) et aliam *bis* Woken *durch unterstreichen getilgt.* b) *zu ergänzen:* morerenter? c) *von* item *an unterstrichen* d) *vor* Hokenstrate *durchstrichen* bode. e) *Hds:* dictos.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hereditatem sitam in platea Francorum apud dominum Crans pro 50 m. solvendis a proximo festo b. Johannis ultra duos annos.

988. Hinricus Vrigensten statuit Berner Baggendorp dimidiam hereditatem suam sitam apud cimmiterium Domine Nostre pro 11 m. solvendis infra 2 annos.

989. Parvus Bernardus restituit suo privigno Alberto 20 m., quas habuit ratione hereditatis sui patris.

A. D. 1332 post Ascensionem Domini. [*f. 47b*

990. Lippoldus Thilo, frater eius, et Badyseren emerunt et libere perpetue optinebunt spatium cum aque decursu, quod iacet apud viam communem, quae procedit apud S. Gertrudem, spatium inquam inter ipsorum bodas et viam predictam.

991. Henneke Man et Reyneke Man fratres taliter inter se concordaverunt, quod Henneke optinebit hereditatem sitam in platea S. Spiritus apud Enghelbertum de Dalevitze. Reynekinus optinet totum angulum, sicut situs est apud Knepesdor cum suis attinentiis.

—992. Nicolaus Cronevitze statuit Johanni, filio Hinrici Swarten, suam here[di]tatem sitam in platea Monachorum pro 50 m. den.

*993. Ruffus Arnoldus statuit Hermanno Albo duas partes sue hereditatis pro 100 m.

—994. Gesa, relicta Hermanni cuprifabri, statuit quatuor pueris suis suam hereditatem lapideam pro 200 m. den. ratione hereditatis eorum patris.

995. Pluncowe statuit Hermanno Meppen seniori dimidietatem hereditatis sue site in Pumperstraten pro 50 m. solvendis ultra duos annos; qui fideiussit super defectum.

996. Grancinesche et Hinricus filius eius statuerunt quartam partem hereditatis sue Ludekino Hudeman pro $11^1/_2$ m.

997. Vicko Polene statuit Margarete, filie Petri Polene, suam hereditatem sitam in Molenstrate pro 20 m.

—997. Hinricus de Cippeken statuit pueris Thiderici Langhen suam hereditatem pistrinam angularem in Longa platea [a]) dictam kornhus pro 50 m.

998. Quidquid Gher[ardus] Ossenrey de sua curia posuerit ad tabernam et casas apud passagium, de illo potest et debet licite recipere cum suis heredibus pignora pro suis pensis dictis [b]) paycht et pro precaria.

999. Johannes Lowe statuit Gherardo Nigenborgh suam hereditatem sitam in Bodenstraten in opposito Bertrammi Travenemunde pro 150 m. den. solvendis a proximo festo Cristi ultra ad 2 annos.

—1000. Degenhart statuit Hermanno Albi Bertoldi suam here[ditatem] dimidiam [c]) in Bodenstraten pro 50 m.

—1001. Relicta Thiderici Stenhus cum consensu filii sui, domini Thiderici, et generis sui Leffardi statuit Menekino Bochavene suam dimidiam hereditatem pro 100 m. solv[end]is a proximo [f.] b. Michaelis ultra ad 2 annos.

1002. Petrus, filius Romelowe, dimisit patrem suum, eundem Romelowen, solutum ab omni hereditate patris et matris nec aliquem pro aliqua porcione hereditaria angariabit vel gravabit.

---

[a]) pistrinam *bis* platea *nachgetragen.* [b]) dictis *Nachtrag.* [c]) dimidiam *Nachtrag.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1003. Thidericus, Albi Bertoldi filius, dedit et assignavit suis pueris, genitis de filia Petri Rostowe, omnium bonorum suorum mobilium et immobilium reddituum et utensiliorum dimidietatem ratione hereditatis matris eorundem puerorum exceptis bonis, que recepit cum uxore secunda.

1004. Gherardus Kale et mater eius emerunt a Thiderico de Beke hereditatem Johannis de Beke sitam in pl. S. Spiritus.

1005. Pueri Hermanni Kalsowe habent in boda novi teatri Nove Civitatis 5 m. redditus singulis annis pro 45 m.; quando ipsis pueris consules restituerint 45 m., dicti redditus erunt civitati soluti. Actum anno 1332 ante Michaelis.

—1006. Willekinus Saleghe statuit quartam partem sue hereditatis lapidee in Papenstrate filie sue Gesen pro 40 m.

—1007. Jo[hannes] Straceborgh statuit pueris Bernardi Saytelevet, pueris sororis Hinrici Tribuses, suam hereditatem sitam apud Hocheman pro 80 m. solvendis in f. Cristi proximo. Actum a. d. 1333 post Purificationem.

1008. Thi[dericus] Clutze emit a Johanne domini Thiderici Wicberni $7^1/_2$ iugera sita apud Holenbeke.

—1009. Thi[dericus] Clutze statuit pueris Johannis Goldoghen suam hereditatem pro 100 m. solvendis in carnisprivio ultra ad annum.

—1010. Hinricus Velgast statuit Meynekino Bochaghen suam hereditatem sitam in pl. S. Spiritus pro 150 m. solvendis a proximo festo b. Martini ultra ad 2 annos.

—1011. Relicta Kustersche statuit filie Somervelt quartam partem fabrice sue apud Maiores fratres pro 30 m., sed idem puer tenetur predicte relicte 14 m. pro expensis.

A. D. 1333 post carnisprivium. *[f. 48a*

1012. Thiderico Albi Bertoldi et suis pueris, genitis per filiam Petri Rustowe, pertinet dimidia hereditas lapidea eiusdem Petri et dimidietas omnium bonorum suorum intra et extra civitatem existencium.

—1013. Peter Lalendorp statuit Teceken dimidietatem sue dimidie hereditatis pro 20 m. solvendis a proximo f. pasche ultra ad 2 annos.

*1014. Gherardus Papenhaghen cum consensu Leonis et Johannis fratris sui, statuit Johanni Katsenowe, genero suo, 5 marcarum redditus, pro 50 m. [a]) de 10 marcarum redditibus, quos idem Gherardus habet in bodis sibi per eundem Leonem inpigneratis; quos [b]) redditus si idem Gherardus in proximo Martini non redimerit, extunc eiusdem Johannis iusta emptio manebit.

—1015. Nicolaus Wise statuit Arnoldo Linicide suam bodam sitam in pl. S. Spiritus pro 45 m. solvendis a proximo Martini ultra ad 2 annos.

1016. Reyneke Doleator dimisit . . . [c])

1017. Bertoldus Soltwedel statuit Tiderico Travemunde suam hereditatem pro 63 m. solvendis in proximo Michaelis pro pignore exsequuto.

1018. Leo statuit Lippoldo omnes suos redditus, quos habet in Lutsowe, per 2 annos continuos sufferendos.

—1019. Petrus Vidue statuit Arnoldo de Essende in hereditate sua in pl. Tribusez id, quod habet in ea, ultra debita sua nunc contracta pro 22 m.

---

a) pro 50 m *übergeschrieben.* b) quos — manebit *übergeschrieben.* c) *unbeendet.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1020. Jo[hannes] Adam statuit Hinrico de Cippeken suam dimidiam hereditatem pro 30 m.

1021. Lubbeke Molendinarius statuit Herdero de Riga dimidietatem ventimoli sui pro 18 m. et 5 sol.[a]) solvendis in proximo Michaelis; idem Herderus dedit has 18 m. cum 5 sol. domui S. Spiritus, si ipsum in itinere peregrinationis mori contingit.

1022. Tidericus Pellifex statuit Tiderico Ertmari hereditatem suam sitam in Papenstrate pro 50 m. solvendis in proximo Michaelis f. pro pignore exsequuto.

1023. Hermannus Travemunde dimisit Ermegardi de Dorpen ortum suum situm extra Spitalesdor ad tempora vite sue; qua defuncta idem ortus cedet predicto Hermanno et suis heredibus cum edificatis in eodem orto.

1024. Martinus Longus faber habet in quarta boda teatri in Novo Foro 2 m. et 8 sol. red. pro 36 m.; qui redditus per consules pro dicta pecunia redimi possunt.

—1025. Jo[hannes] Vulensik statuit pueris Gherardi de Luneborch suam dimidiam hereditatem sitam in pl. S. Spiritus pro 100 m. solvendis infra 2 annos pro pignore exsequuto.

—1026. Jo[hannes] de Hadelen statuit Johanni de Kamen suam hereditatem sitam in pl. Francorum pro 100 m.

—1027. Rubenowe statuit pueris Hinrici Rufi pro 100 m. solvendis in proximo f. Natalis Cristi.

—1028. Hinricus de Anclem statuit Johanni, filio Praman, suam hereditatem sitam in Hokenstraten pro 30 m. solvendis in proximo pascha. Deghenhart deleatur, cui prius posita fuit.

—1029. Nicolaus iunior Rodehose statuit Alberto[b]), filio Johannis de Mechel, dimidietatem sue hereditatis lapidee site apud Forum pro 150 m.

*1030. Hinricus Longus statuit Geseken, uxori Thiderici Albi, quartam partem anguli in Bodenstrate pro 70 m. d. et dimidio talento grossorum Turonum solvendis in proximo Michaelis.

—1031. Arnold Rode statuit Johanni, filio Pramman, quartam partem sue hereditatis pro 30 m. solvendis in proximo pascha.

—1032. Scheve Jacob statuit relicte Lamberti de Rode dimidiam hereditatem suam pro 40 m.

1033. Herder Brocdorp concordavit cum Mechtilde uxore sua, quod, quando alter eorum moritur, supervivens omnia bona eorum obtinebit. Actum a. d. 1333 Philippi et Jacobi *(Mai 1.)*.

—1034. Ni[colaus] Wittenborch statuit Ti[derico] Albi Bertoldi dimidiam hereditatem suam sitam in Franckenstrate pro 50 m. sine usuris.

—1035. Hinricus Hagedorn institor statuit pueris Johannis Westval dimidiam bodam suam pro 60 m.

A. D. 1333 post Jo[hannis]. *[f. 48b*

—1036. Johannes Papenhagen et Hermannus, filius eius, statuerunt Meynekino Buchaghen et Jo[hanni] Kerndorp hereditatem suam sitam in Ravenberchstrate pro 120 m. a proximo pascha ultra ad annum persolvendis.

a) et 5 sol. *übergeschrieben.* b) Alberto *übergeschrieben.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf